r ¶ Per alium: cum multi sint modi alienandi. vt. ff. de publi. l. ij. et. iij.
s ¶ Euacuatur. nam ex quo proprietas redit ad filios patet matres rem alienam alienare non posse. vt. s̄. proxi. §. et. j̄. de nup. §. si vero expectet. col. iiij. Accursius.
t ¶ Modis. euacuatur repete ratione furti.
v ¶ Suspenso. nota quid esse in pendēti quod etiam presens est. sic institu. quib. mo. ius patrie po. sol. §. si ab hostibus. et. ff. de vsufruc. l. sed et si quis stipuletur. §. j. argum. contra. ff. si cer. peta. itaq; et. l. cum ad presens. ꝛ. l. respiciē dum: et institu. de verbo. obliga. §. conditionales. ꝛ faciunt hec ad id quod diximus institu. qui. mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. Accursius.
x ¶ Superstites. si post mortem matris: quia tūc vsufru.

Presens aliq̄n suspēsum esse dicitur.

redit ad proprietatem. vt. s. proxi. §. Idem si als sit finitus vt institu. de vsufruct. §. finitur. et hoc est verum per hanc constitutionem etiam si vnus tantum filius supersit: quia in totum vacuatur alienatio. aliud per aliam aut. vt. j. de nupt. §. quoniam infirmas. coll. iiij.

r ¶ Preterniserit. quod pro exheredatiōe habetur. vt institu. de exhere. lib. §. pe.
s ¶ Intestatus. quod fit sex modis: quod dic vt institu. de here. que ab intesta. j. respon.
t ¶ Filios. hac appellatione omnes descendentes continent. vt. ff. de ver. signi. l. liberorū. lz vulgarit tm̄ p̄mo gradu cōstituti cōtineant. vt instit. q̄ da. tu. pos. §. fi. sic accipitur hic. et. j. vt exac. instan. do. in prin. col. vij.

proprietatē antenuptialis donationis ad filios deducente τ nō respiciente[a] mulierē si quid egerit[b] in lesionē filiorū. Si vero premoriant oēs[c] matris filij / et erit cōtractus firmus non in totum: sed ſm pactum nō existentium[d] filiorū: qd nos introduximus[e] primi: τ statuimus nuper de hoc scribentes legē[f]. Et ſm quandam quidem partem erit cōtractus firmus: ſm quandā vero infirm⁹ apparebit: hoc est ſm hoc quidē quod permanet apud matrē occasione pacti filiorū nō existentiū valebit: ſm hoc vero q transmittit ad filij successores infirmus erit. vt si mater sola filio succedens veniat / omnis cōtractus rursus firmus erit. ¶ Quia vero contra binubos pene cōmunes[g] et viri sunt τ mulieris: τ ille quidem in dote[i] ad secūdas veniens nuptias periculum sustinebit. hec autem[h] in antenuptiali seu propter nuptias donatione[l]: τ hec lex in vtraq3 sit posita persona: hec et de electione et alienatione et de lucro sancientes.

¶ Si mater filio in bonis eius percepta antenuptiali donatione succedit: nubat secundo vel nō antiquis cōstitutionibus nō obstātibus τ rationib⁹ pluribꝰ cōprobantibus. h. d. Azo.

¶ Cū igit[m] reliquū sit cogitare de hereditatibus filiorū pro quo etiā presens est dubitatio[n] oportere credim⁹ gn̄ali lege et presentem questionem dirimere et determinare: et in futuro mouendis oibus[o] dare decisionē. et sancimus alias res post[p] antenuptialez donationem ad filios veniētes siquidē fili⁹ masculus aut femina forte testetur ſm legē venire ad scriptos heredes: hic matre non prohibita scribi a filio herede: sed etiā cōtra testamētū eis datis allegationib⁹[q] si forte fili⁹ eā preterniserit[r]: aut irrationabiliter exheredatā fecerit. Si vero intestatus[s] decesserit reseruās illius partē siquidē habuerit filios[t] proprios ad filios venire: si autē nō habuerit quidē filios proprios: fit fratrū[v] vocatio τ mrīs vna cū fratribus (ſm qd a nobis sancitū[x] est) ad hereditatē veniētis τ eā firme habētis: siue ad secūdas vellet venire nuptias: siue non. Nec enī maiores[y] penas aduersus mulieres q̄ ad secūdas veniūt nuptias facimus[z] / neq3 ex hoc eas ad necessitatē deducimus amarā τ nrōꝝ tēporꝝ indignā: vt metu castarū nuptiarū (licet scđe sint) ab his quidē abstineāt et descēdāt ad quasdā interdictas pmixtiones: τ forsan ēt ad ſuorꝝ[a] corruptiōes. τ quī nō lz[b] legalit caste viuere cōtra leges luxuriēt[d]. Neq3 igit valere volum⁹: neq3 in quinto libro codicis cognouim⁹ nre pietatꝭ positā cōstitutionē[e] discernētē de hereditatib⁹ filiorꝝ q̄s mrēs ad scđas nuptias veniētes[f] viderūt p̄obeūtes[g]. neq3 in sexto libro eiusdem conscriptionis[h]

a ¶ Respiciente. scilicet lege.
b ¶ Si quid egerit. id est alienauerit. Accursius.
c ¶ Omnes. hodie etiam si vnus. vt. j. de nup. §. quoniam infirmas.
d ¶ Existētium. vt si fiat pactum liberis extantibus de tota donatione lucrāda. Item eis nō extātib⁹ de tertia τ extant: tūc totuz habet si nubit scđo: τ totū perdit ratione ꝓprietatis si moriātur oēs filij lucratur tertiaz ſm vires pacti qd est factū filijs non extantibus: vt dixi s. proxi. §. in fi.

Alr inueniat.

e ¶ Introduximus. id est nullus alius imperator.
f ¶ Legem. vt. s. eo. §. prospeximus in fine.
g ¶ Pene cōmunes. sic. j. d nupt. §. si vero expectet.
h ¶ Ille. scz vir.
i ¶ Dote. id est lucro dotis qd habebat ex pacto.
k ¶ Hec autem. scilicet femina.
l ¶ Donatione. subaudi periculū sustinebit.
m ¶ Cum igit. qz vidimus de prima parte τ secūda rubrice: igitur de tertia videamus.
n ¶ Dubitatio. vt. s. eo. proxi. §. et nō solum. Accur.
o ¶ Omnibus. scilicet similibus questionibus. sic. s. titu. j. §. j. Nam de ea dicitur specialiter. j. eodem.
p ¶ Post antenuptialem. id est preter antenup. do. nam de ea specialiter. j. eo. §. antenuptiali.
q ¶ Allegationibus. in quartā iure isto. vt. s. ti. j. §. si quis aut. hodie tertiā. vt. j. de triē. τ semis. §. j. col. ix. sed quidam intelligūt augmētū in filijs tm̄ esse τ nō in ascendentibus.
v ¶ Fratrum. appellatione fratris τ soror continetur vt. s. e. §. j. τ est hoc verū nisi sint ingrati: qd est tribus ex causis. vt. j. d nup. §. ingratitudinē.
x ¶ Sācitū est. s. vt cū fratribus vocetur in virilez: cū sororib⁹ in vnā dimidiā. in altera vero dimidia oēs sorores. vt. C. ad tertul. l. fi. et instit. ad tertul. §. pe. sed hodie innouat. nam cum omnibus vocatur in virilem. vt. j. de nup. §. quoniam. et. j. de here. ab intesta. §. si vero cū ascendētib⁹. col. ix. Accursius.
y ¶ Maiores. als ad maiores.
z ¶ Facimus. id est ponim⁹. s. quasi non venirent.
a ¶ Seruorū corruptiones. qd valde est illicitū. et tō acrius puniēdum vt. C. de muli. que ser. l. j. Accursius.
b ¶ Non licet. i. non pt̄ caste viuere si legalit viuāt id est si secūdo nō nubāt τ ideo luxurientur: vel dic secundo nubendo.
c ¶ Viuere. scilicet secundo non nubendo.
d ¶ Luxuriēt. cū seruis vt dixerat: vel ēt mulier cū alia femina. vt. C. de adul. fedissimā. sic. j. vt nō lux. ꝯ na. col. vj.
e ¶ Constitutiones. vt. C. de secun. nup. femine. §. fi.
f ¶ Venientes. iam enim venerant ad secundum virum.
g ¶ Preobeuntes. id est ante se morientes. Accursius.
h ¶ Conscriptionis. scilicet codicis.

sub titulo[a] tertulliani[b] qui[c] de mulieribus disputat secūdis q̄ dē nuptijs iūctis/ ante secūdā tamē copulationem filios admittentibus. sed vocet ad filij hereditatē modis oib⁹ mater cū fratribus: ⁊ hanc habeat firme[d] nichil ex scđis ledenda nuptijs. qđ et in subiecta questione[e] que legem hanc mouit obtineat: ⁊ mater[f] vna cum filia succedat hereditati: aut etiā succedens[g] hāc irrefragabiliter habeat nichil ex spe secundarū ledēda nuptiarū: sed dña eiusdē hereditat; cū filia absolute[h] cō sistēs. ❡ Optimū[i] itaqꝫ est atqꝫ laudabile et dignū oratione vt mulieres ita se honeste tractēt: quaten⁹ q̄ semel ad virū[k] venerūt seruēt inuiolatū moriētiū thorū: ⁊ hmōi mulierem. Et miramur pariter ⁊ laudam⁹: et nō pcul a virginitate[l] ponim⁹. ❡ Si aūt nō valuerit[m] (cū forsitā ⁊ iuuenis[n] hoc nō patiat[o]) nec possit cōtra feruorē[p] nature resistere[q]: nō est torquēda ppter hoc: nec interdicende sunt ei cōmunes leges: sꝫ ad viri alteri⁹ veniat nuptias honeste et omni luxuria abstineat: ⁊ fruat successione filioꝝ. Sic eñ eos[r] adhuc ampli⁹ diliget: ⁊ nō quasi quosdā odibiles respiciet penis subdita amaris. Sicut eñ patres si ad secundas veniant nuptias non fraudamus filioꝝ suorū successione: nec quelibet est lex aliquid tale dicens: sic neqꝫ matres priuabim⁹ filiorū successione si matres ad virum veniāt secūdū: lꝫ ante nuptias secundas aut post secūdas filij moriantur. Alioqn ex absurditate legis licet premoriant filij omnes non relinquētes filios aut nepotes: nichilominus supplicium[s] manet: et non succedit eis mater: nec si sine filijs moriantur: sed expellitur ab eorꝫ inhumane successione: frustra quidem pariēs: frustra simul et nutriens propter legales nuptias[t] subiecta penis: sed succedēt quidē illis aliqui ex longa cognatione. Mater autem irrationabiliter expellitur: quapropter et ipsa succedat filijs: et sit hec lex clemens et mitis matres filijs cōciliās. ❡ Colligētes[v] igitur huius legis partem sancimus: qꝫ matrē (ſm qđ iamdudum diximus[x]) assimilamus patri i antenuptiali donatione: et ipsa sustinere quidem penas sicut sustinet pater ī dote[y]: in hereditate autem filiorū sine terguersatione veniat/ et pater ⁊ mr̄ ſm subiectas vtriqꝫ casui questiones[z]. proinde qđ patres habēt: siue ad secūdas veniētes nuptias/ siue nō: hoc etiam matres habeant. voceturqꝫ mater ad filij hereditatē: siue iam ad secūdas venerit nuptias: siue postea veniat.

❡ Mater filio non succedit in lucro antenuptialis donationis superstite filio in mentione facta: his obtinentibus in preteritis casibus et pendentibus. hoc dicit Bar.

❡ Antenuptiali vero donatione ad secūdū veniēs cōsortiū: neqꝫ secūdū quantū heres existet filij fruat[a]: sed hoc filiorū[b] sit solum lucrum eis a lege datum: ⁊ non videat esse pars[c] hereditatis filij: sꝫ adhuc antenuptialis donationis nō abijciēs naturam: que[d] competit tenere etiā circa eas que nūc iam sunt viduate mulieres et pprijs successerunt filijs: et que nondum ad secūdas venerūt nuptias: lꝫ postea veniant. qđ igit hic[e] habet: sic omni tēpore sanciatur.

❡ Mulier secūdo nubēs donationis proprietatem amittit: ⁊ si in immobilibus rebus cōsistit recipiet eas. si vero in mobilibus: recipiet eas cautione: nisi vir substantiam habeat: his obtinentibus et in pendentibus rebus. Bartolo.

❡ Aliud[f] vero quoddā occasione scđo nubētiū mulierū: ⁊ ātenuptialis donatiōis adijcere poribus bñ se hr̄e credidim⁹. priscis nāqꝫ cōstōnib⁹[g]

a ❡ Sub titulo. nota sufficit allegare titulum. ⁊ facit. ff. de polli. l. j. §. si quis. (Titulū allegar sufficit.)
b ❡ Tertulliani. vt. C. ad tertullia. l. mater. Accur.
c ❡ Qui. scilicet titulus. Accur.
d ❡ Firme. superfluum est dicere illas duas leges h̄ corrigi q̄ tā expsse hic corrigunt: sed videtur qꝫ illa. l. femine non sit correcta. Nā et illa permittit matri succedere. Sed dic qꝫ p illam nō habebat firme: sed cogebat filio supstiti dimittere: sed per hanc cōstitutionē firme hꝫ tā in pprietate q̄ in vsufructu: et tā i paternis q̄ in alijs. vt. j. de nupt. §. hinc nos. sꝫ hodie p pte corrigūtur. vt. j. de nup. §. hinc. ⁊ §. seq. Ac.
e ❡ Questiōe. vt s. eo. §. nō aūt. Ac.
f ❡ Mater. gregoria. Accursius.
g ❡ Succedēs. s. sola si non superstit filia vel nolit.
h ❡ Absolute. id est indubitanter.
i ❡ Optimū. sic. j. de nup. §. soluto
k ❡ Ad virū venerunt. i. semel habuerunt virum.
l ❡ Uirginitate. differunt enim in celesti ordine.
m ❡ Ualuerit. scꝫ mouentiū seruare thorū inuiolatum
n ❡ Iuuenis. sic ff. ma. l. si vero nō re. §. si adolescens sic. C. de bo. q̄ lib. l. fi. Accursius.
o ❡ Nō patiatur al's est sine non: et vtrūqꝫ legi potest scꝫ non patiatur ⁊ patiatur.
p ❡ Cōtra feruorē. q̄d esset phie. vt. j. q. mo. natu. effi. legi. §. illud. col. vj
q ❡ Resistere. melius ē eñ nubere q̄ vri: vt dicit paul⁹. (Nubere est cōsultius q̄ vri.)
r ❡ Eos. s. filios quos habuerit ex primo mrīmonio.
s ❡ Supplicium id est pena.
t ❡ Nuptias. qđ nō dꝫ esse. vt. C. de adul. l. gracc⁹. Ac.
v ❡ Colligentes nūc q̄cquid dixit a §. cum igitur. vsqꝫ huc breuiter comprehendit. Accur.
x ❡ Diximus. vt s. eo. §. quia vero.
y ❡ In dote. vt q̄libet admittat secundo nubens siue vir/ siue vxor.
z ❡ Questiones. vt si q̄rat an mat succedat filijs? Rñdeo sic: ⁊ si querat an pr̄. Rñ. etiā sic.
a ❡ Fruat. s. proprietate: sed vsufruc. sic. qđ dic vt s. eo. §. psperim⁹.
b ❡ Sꝫ hoc filioꝝ. quos habuit ex pmo matrimonio.
c ❡ Pars. nunc caute rñdet cuidā allegatiōi quā posuit. s. e. §. verūtñ.
d ❡ Que. scilicet omnia predicta.
e ❡ Hic. i. qđ cautum est hac. l. Ac.
f ❡ Aliud. h̄ ē expedita rubrica: sed adhuc ponit duos casus pter eā. vt i h̄ §. ⁊ pxi. §. illud.
g ❡ Constitutionibus. vt. C. de secun. nup. hac edictali. §. his illud.

prebentibus electionē mulieri que[a] ad scđa vota[b] descendit: si vellet accipe antenuptias donationē fm q ei permittũt pacta: et exponere filijs cautionē q moriens hec restitueret: siue cũ nõ valet dare cautionē/ aut nollet forte: manerent q̄dē res apud filios antenuptialis donationis. soluerent[c] aũt ei[d] etiā tertiā partem cētesime[e] vsure. Nos ex questionũ emergentiũ varietate moti: qm̄ inuenimus minores[f] in hoc periculum patientes antenuptiali donatiōe in pecunijs existente: et alios q̄dē aurũ nõ habentes/ coactos aũt oia paterna vendere quatenus exolueretur antenuptialis donatiōis debitũ: ad eos vtiq fm legē antenuptiali donatiōe veniente[g]. ppterea iudicamus oportere hũc dare ordinē cause: vt si q̄s[h] ꝯtulerit res[i] fm ātenuptialē donationē: si q̄dē oēs immobiles sint maneat harũ vsus apud matrē: et ipa[k] eũ colligat et nõ respuat: neq exigat filios p hor estimatiōe vsuras sz et diligētiā eor[l] habeat sicut lex iubet[m] vsu[n] q̄dē existētibus dñis: et custodiat eas fm leges antiquas[o] filijs supstitib⁹. aut si oēs[p] moriāt fm nostrā legē[q] veterem et casum q̄dē nõ existētiũ filior matri: reliquũ vero filiorũ heredibus cõseruandũ[r].

¶ Si aũt ois[s] forte cõsistat in pecunijs aut alijs mobilib⁹ rebus antenuptialis donatio: tertiā vsurarũ partē pcipiētē matrē cũ cautione iā definita non exigere a filijs aurũ: nisi forte idonea[t] sit viri substantia: et habeat aurũ et argentũ et vestē: et q̄cq̄d cõscriptũ[v] fuerit matri: tũc em̄ electionē matri dabimus: siue voluerit res pcipere et pbere cautionē: siue istā quā dixim⁹ vsurā accipere et fm priores leges[x] et nostrā[y]. Si vero pmixte sint res et donatio antenuptias aliud q̄dē in pecunijs: aliud pro in immobilib⁹ habeat reb⁹: immobilia quidē modis omibus manere apud matrē vt alimentum habeat inde. porro de mobilibus hec valere que sanciuimus prius/ si essent in reb⁹ mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

¶ Pactis inter virũ et vxorem de lucrando appositis/ mulier que nil omino de dote dedit nichil de donatione lucrabitur. que vero partē dedit partē lucrabitur donationis. h. d. Bar.

¶ Illud quoq dudum acerbe quidē sancitũ[z]: raro aũt in iudicio examinatũ estiauim⁹ oportere clara lege complecti: et tradere vsui: et deducere ad iudicia pro cõi positum adiutorio. Si em̄ coniungant aliq̄ alterutris cũ dotis et antenuptialis donationis documētis[a]: deinde vir quidē antenuptialē pbeat donationē: mulier autē scribat dotem: aut ipsa prebēte eā: aut dāte patre: aut quolibet extraneo postea appareat mrīmonij tēpore dos non data marito: sed sustineat onera[b] matrimonij: et matrimonium morte[c] viri soluatur: non em̄ est iusta omnino mulier dotem non dās marito antenuptialē accipere donationem. Sin autē etiā nõ totā dedit dotem: et ipsa pro tanto exigat donationē in quantũ dederit dotē: equalitatis enim et iusticie sumus amatores: quā q[d] in omnibus alijs[e] et in consortijs[f] volum⁹ obtinere. quapropter mulier que nil omino dat[g] nil omnino percipiat[h]: que vero

a ¶ Que. scilicet constitutio prima.
b ¶ Vota. et propter hoc amisit pprietatē lucri donatiōis.
c ¶ Soluerent. filij.
d ¶ Ei. mulieri.
Centesima qd sit. e ¶ Centesime. est aũt centesima que sorti in anno equiparat: tricesima q̄ in trib⁹ annis. vt C. de vsur. l. eos.
f ¶ Minores. siue filios mariti: siue non qui succedebant marito.
g ¶ Veniēte. i. redeunte. vt C. de secun. nup. l. hac edictali § oibus. q. d. hoc esset iniquum q modo filij omia venderēt pro ea. s. pecunia que etiaz ad eos redire debet mortua mr̄e.
h ¶ Si quis. scilicet maritus.
i ¶ Res. s. in vxorem et pactũ fecerũt de lucrāda donatione si ipse premoriatur. al's hec donatio pr̄i mariti restituenda est. vt j. de equa. do. § j. coll. vij. Accur.
k ¶ Ipa eũ colligat. q ad imobilia nil innouat: cum idē erat olī qđ h dicit. vt C. de secun. nup. l. hac edictali § his illud. Ac.
l ¶ Eor. al's earum. s. rerum. al's eorum prediorum
m ¶ Lex iubet. h est sensus hec mater talē prestet diligentiā qualē precipit lex dominis existentibus.
n ¶ Vsu. i. vsufructu. q. d. fructuari⁹ vtat fruatur arbitrio boni viri. vt. ff vsufruc. quemad. ca. l. j. et insti. đ vsu fru. § finit. Vel dic fm Al. q̄lem lex iubet: vt et mõ dixit vsu. s. existēte apđ matrē existētibus dñis. s. filijs in proprietate: sed pma magis placet.
o ¶ Antiquas. q̄ ad hāc. vt C. de secun. nup. l. hac edictali § his. et § seq.
p ¶ Omnes. al's non per hanc constitutionem. vt. s. eo. § hoc autem. sed corrigitur. j. de nup. § quoniam infirmas.
q ¶ Legem. scilicet hanc. vt. s. eo. § prospeximus.
r ¶ Conseruandum. tale quale accepit. vt. j. de nupt. § et quia paruum. in fi.
s ¶ Si autē ois. ex hoc §. colligit aut. sed si aurum quaz habes. C. de secun. nupt. l. hac edictali.
t ¶ Idonea. sic. j. de fideius. § q aũt
v ¶ Conscriptũ. nomine donatiōis antenuptialis.
x ¶ Leges. vt. C. de secũ. nup. l. hac edictali § his.
y ¶ Nostram. scz hanc presentem.
z ¶ Sancitũ. qđ sancitum non habemus.
a ¶ Documētis. id est instrumētis sic dicta quia veritatem docēt. sic accipit. j. de fi. instru. in plerisq locis. col. vj. nā hincinde facta erat promissio: sz nõ donatio.
b ¶ Onera. vt alere eā et seruientes ei. vt. ff. solu. ma. l. si cum § si aũt. qđ est iniquũ. vt. ff. de condi. cau. da. l. si donaturus § j.
c ¶ Morte. que omnia etiam soluit. vt. j. de nup. § deinceps. Mo[rte] oia [...] resol[...]
d ¶ Quanq. al's quādoq. et tũc dic quā. s. equalitatē.
e ¶ Alijs. s. cõtractibus et iudicijs. vt. ff. de reg. iur. l. nõ debet. arg. ꝯtra ff. de ferijs. l. fi.
f ¶ Consortijs. i. matrimonijs de q̄bus agitur: et hoc debuit premittere Accursius.
g ¶ Dat. noie dotis vel aliud p ea.
h ¶ Percipiat. h sic intelligo/ scilicz nomie lucri donationis ppter nup.

¶ Ut determinatus sit nu= merus clericorum sctissime maioris ecclesie[h] et ceterarum ecclesiarum[h].

¶ In ecclesia maiori et aliis sibi adiacentibus et subiectis clericorum numerus [illegible] facultates [illegible] debz conservari ne ad inopiam eccle= sie deducantur. Bar.

Imperator Justi. augu. epy= phanio sanctissimo et beatissi= mo archiepō sancte ꝛ regie ci uitatis et vniuer sali patriarche. Udum quidem communi et ge= nerali lege ꝛ ad tuam[i] beatitudi minus ꝙ ꝓfessa[a] est dedit: tan tū recipiat solū quātū obtule= rit[b]: sitqꝫ etiā hoc[c] optimum in presenti lege incrementū plu= rima decernente: q̄ semp in du bitatione sunt/ vix aūt mō ad legislationē deducta. Hāt au tē valere volum⁹ legē et in ca su[a] dante ei pncipiū: et in pen= dētib⁹ litib⁹: et etiā in oīb⁹ de= cetero ꝑueniētib⁹. Que igitur placuerunt nobis tua sublimi tas operi effectuiqꝫ dare festi= net: et manifesta vniuersis per ꝓgrāmata[e] ꝓpria faciat: qua= tenus in oīb⁹ ciuitatib⁹ quas nostra ditio continet[f] hec vale ant: ꝛ certa oibus fiant ſm qd̄ a nobis dispositum est.

nem et ad reliquos sctīssimos patriarchas[k] scripta de ordi= natione venerabilium episco= porum et reuerēdissimorū cle= ricorum: necnō mulierum dya conissarum: et vt nō amplius sint ab antiqua mensura[l] qui ordinātur disposuimus[m]: qd̄ a nobis videbatur bene se ꝛ cō= petēter habere ꝛ regularū sa= crarum digne. Presentē vero legē specialem ad tuam beati tudinē scribimus: de numero reuerēdissimorum clericorum qui in hac vrbe sunt disponen tes. ¶ Quia enim pene nichil immensum bonum[n] est: cōpe= tēs est neqꝫ ordinationes que super reuerendissimis clericis fuerint/ aut super reuerendissi mis dyaconissis[o]: fieri tantas vt illorum expensis sanctissi= ma ecclesia incidat in causam mutuorū maximorum: et pau latim ad nouissimam inopiam deponatur. nouimus enim pro pter huiusmodi occasionē hu= ius regie ciuitatis sanctissimā maiorem ecclesiam nostri im= perij matrem[p] debitis inquie= tari maioribus: ꝛ nō aliter va= lentem facere singulas eroga tiones reuerēdissimis clericis anteqꝫ aurum non paruū mu= tuum sumat. faciens tam hy= pothecas ꝙ pignorum dati= ones in optimis suis rusticis predijs et suburbanis. ꝓpter hoc igitur perspeximus nos=

et hec est mens huius lre. sed contra. ī. vt exac. instan. §. fi. colla. vij. Rñ. ibi fuit parata dare: sed marit⁹ noluit accipe quare videt̄ cōditionē implesse: vt ibi dicit̄. et. ff. de condi. cau. da. l. iij. §. fi. et. ff. de cōdi. et demon. l. iure ciuili. Alij di cunt nil recipiat: neqꝫ donationis nomine: neqꝫ etiam do tem quam non de dit: neqꝫ aliqd̄ omi no lucrum. sed con tra eos ē. C. de do= te cau. l. fi. nā dos nō data recipit̄: et rñdent eā correctā ꝑ hanc. Itē ī. j. de tēpo. non sol. pe. §. gn̄aliter. Rñ. hanc correctā ꝑ illā. vel dicūt hoc verū nisi prescriptio tp̄is in terueniat: vt in di= ctis duab⁹. ll. con= trarijs dr̄. Itē ī. j. de nup. §. si quis. Rñ. illud ꝓpt̄ deli= ctum mariti. Itē ī. j. de exhi. et intro. reis §. qm̄. colla. v. sed illud pieta= tis cā dicunt. nam vnius felicitas al= teri prodest. vt. C. de nup. l. fina. sed vtrūqꝫ horū duorū ꝯriorū recipit mo= dificationē hodie vt. ī. vt lice. ma. et auie. §. qꝛ ꝓ legez dudū. col. ix. Itē ī. j. de exhi. §. fi. sed ibi expresse voluit reliquere. Item ī. C. vñ vir ꝛ vxor. l. j. vbi etiā in totum vxor succedit viro sed ibi non est qui obijciat hoc mulie ri cum null⁹ sit le= gitimus successor. sic. ff. de inoffi. te= sta. posthumus. §. si quis ex his. Sz qd̄ erit ecōtra mu liere dāte dotem: marit⁹ non dat do nationē? Rñ. idem nā eqtatis ꝛc. vt h̄ dr̄. non tn̄ dico ꝙ teneat̄ marit⁹ vxori sic dare donationē vt fruat̄ mulier ea. qꝛ cum tm̄ sit in dona tione ꝗtū in dote: iā nō fuiret dos onerib⁹ matrimonij. vt. ī. de eq̄. do. §. j. col. vij. qd̄ ḡ ꝓderit mulieri? Rñ. deficien tib⁹ alijs bonis mariti has res mulier poterit vēdicare. ꝛ lz alia sint obligata: facile illi iuri hypothecarum poterit renunciare. vt. C. ad vell. l. etiam. et. l. iubemus. quod hic nō fit. vt. ī. v. t immo. antenup. do. in prin. col. v. Accur.

Felicitas vni⁹ alteri ꝓdest.

a ¶ Professa. i. quā dare ꝓmisit. b ¶ Obtulerit. i. dedit

c ¶ Etiā hoc. q. d. nō solum supiori §. sed etiam istud fuit bonū argu. huic. l. ꝓter rubricam. nā in ea tm̄ tria contine= bantur que iam erant expedita ante hunc §. et supiorem.

d ¶ In casu. s. gregorie.

e ¶ Programata. ꝓgrāma est scriptura publica consilio sapientis facta: vt patet fere in fine cuiuslibet constitutio= nis hui⁹ libri. et de. C. d̄ diuer. re. l. vni uersa.

f ¶ Ditio. i. iuris= ditio. sic institu. in prohemio. §. j.

¶ Ut determinat⁹ sit numer⁹ clerico rum [illegible]

g ¶ Eccl'ie. ꝯstāti= nopolitane ciuita= tis. Accur.

h ¶ Ecclesiarū. sub dicto patriar= chatu cōstitutarū. Et ita ē hec lex lo= calis. sic als. ī. d̄ ec= cle. re. imo. ali. §. fi. coll. iiij. et. ī. de ta= bel. §. fi. col. iiij. ꝛ eꝫ qdā valent als sz nō ibi. vt. C. de his q̄ ad eccle. confu. l. fina. l. rñ.

i ¶ Udū. tu= am. loq̄= tur epy= phanio patriarche alme vrbis constantino= politane.

k ¶ Patriarchas. ātecessores tuos.

l ¶ Mēsura. s. nō gēti quinquaginta vt. C. de sa. san. ec. l. non plures.

m ¶ Disposuim⁹. in quadā lege gre ca: ꝛ ps snie illi⁹ ē i. d. l. C. d̄ sacrosāc. eccl. l. non plures. nā et alia multa in illa cōtinebant̄. vt ptꝫ in hac lra. illd̄ fatuū est dicere ꝙ loquat̄ hic de illa l. non plures. cū il= la non sit iustinia= ni. Accur.

n ¶ Bonū. nā omne qd̄ est nimiū vertit̄ in viciū: vt hic. ꝛ. ī. de refe. sacri pa. §. fi. col. iij. ꝛ. ī. de mē. or. cle. col. iij. i pn. nisi in casu isto: et ideo dicit pene/ vt imperatorē donare ecclesie. vt. ī. de nō alie. §. finimus. col. ij.

Nimiū vertitur inviciū.

o ¶ Dyaconissis. ordo est mulierū q̄ nō pn̄t dicere euan= geliū. Sed nūquid in illa maiori ecclesia stabāt mulieres cum maribus? Rñ. non. vt. ī. de mona. §. cogitandum. sed erant monasteria feminarū que recipiebant sustentatio= nem a maiori ecclesia. vt. ī. eo. §. in alijs.

p ¶ Matrē. sic. C. de sa. sanc. ec. l. iubemus. §. j. in fi.

metipsos deponere ad huius-
modi cause inquisitionem[a]/et
agnoscere queādmodū prius
se habuerit: quidꝙ longitudo
tp̄is adinuenit. Inuestigātes
igit̄ illud vndiꝙ inuenim⁹: qm̄
singuli horū qui sanctissimas
ecclesias edificauerūt i hac fe
licissima ciuitate: non pro edifi
cio solūmodo cogitauerūt: sꝫ
etiā vt expēsas sufficiētes da
rēt a se factꝫ venerabilibus[b]: ⁊
determinarēt ꝙ̄tos[c] q̄dē cōpe
tēs esset pbr̄os ꝑ vnāquāꝙ ec
clesiā/quātos dyaconos/ma-
sculos atꝙ femias: ⁊ quātos
subdyaconos/ ⁊ rursus canto
res atꝙ lectores et hostiarios
cōstitui: et suꝑ hec etiā orato-
rij expēsas diffinierunt: et red
ditus ꝓprios dederūt sufficiē
tes his[d] q̄ a se constituta[e] sunt.
¶ Si q̄s autē adiecerit multi
tudinē nequaꝙ̄ penit⁹ extēdē
ti sufficientē: et ꝑmāserit vsꝙ
ad multū tp̄s talia cōseruata
et donec hoc fuit donauerunt
sanctissimarū ecclesiarū domi
bus que sufficerent. ¶ Cū ꝓ̄ deo
amabiles ep̄i ad aliquorū
p̄ces semꝑ[f] respiciētes ꝓ tra-
cti sunt ad ordinationū multi-
tudinē aucta q̄dē est expēsarū
ꝙ̄titas ad immēsitatē multā:
creditores aūt iam vndiꝙ[g] et
vsure[h] et nouissima[i] etiā: neꝙ
creditores ꝓpter incredulita-
tem[k] iā cause: sꝫ alienatiōes cū
necessitate[l] ⁊ contra[m] leges et
cause idecētes[n]: ⁊ neꝙ ꝓpria
dignitate tēꝑate vt ex hac ni-
mietate neꝙ predia[o] neꝙ sub-
urbia sufficerēt hypothecis ⁊
pignoribus: neꝙ creditores ꝓ
pter hoc iuenirent̄: sꝫ ad iopiā
descēderēt nouissimā: ⁊ nec ip
sis ministris emolumentū da-
re sufficerēt[p]/ sꝫ ad viā oīm in-
felicissimā cā descēderet: q̄te-
nus rerū oīm creditorib⁹ cede
ret qꝺ dicere etiā piget nos: et
queadmodū nō fiat ꝓuidem⁹
Nā si non aliq̄s ferret libēter
eū q̄ vltra substātiā suā expē-
dit[q] quō nō de his nobis est co
gitādū[r]: nō em̄ oꝑtet ad men
surā expēsarū q̄rere etiā pos-
sessiōes: hoc em̄ simul ad aua
riciā impietatēꝙ ꝑducit: sꝫ ex
his[s] q̄ sunt expēsas q̄ꝙ metiri
Quapropter ꝯpetēter etiā de
his sancim⁹: et immēsitatē ex-
cludimus certe medicine cām
tradētes. ¶ Sācim⁹ igit̄ eos
q̄dem qui hactenus sunt in ea
dem sanctissima maiore eccle-
sia et reliquis[t] omnibus vene-
rabilibus domib⁹ reuerēdissi-
mos clericos et mulieres dya
conissas/et hostiarios manere
in quo sūt scemate[v]: nō em̄ qꝺ
est minuentes hec sancimus[x]
reliq̄ ꝓ̄ tꝑe[y] nulla fiat ordina
tio donec ad antiquū numerū
institutum ab his q̄ sc̄tissimas
ecclesias edificauerūt reuerē-
dissimorū clericorū quantitas
redigat̄. ¶ Sed quoniā pridē
etiā reuerēdissimorū clericorū
sanctissime maioris eccl'ie re-
gie nostre ciuitatis determina
tus est nūerus[z] ⁊ valde breuis
erat vtpote vna existente san-
ctissima ecclesia[a]: postea ꝓ̄ ⁊
venerabilis dom⁹ sancte glo-
riose virginis ⁊ dei genitricis
marie iuxta sanctissime maio-
ris eccl'ie i ciuitate posita edi-
ficata est a pie memorie veri-
na[b]. et venerāda dom⁹ sancti
martyris Theodori a spora-
tio gloriose memorie dedica-
ta est. erat autē etiā venerabi-
lis domus sancte helene: que
sanctissime maiori ecclesie co
pulata est: propterea redigere
numerū ad antiquā figuram
impossibile est. non enim suffi-
cient tātis ecclesijs[c] pauci cō-
sistentes[d]. ¶ Quoniam[e] quan
do proprios clericos neꝙ ma
tres habeāt basilicas sed con
munes sunt et sanctissime ma
ioris ecclesie ⁊ earum omnes
circūeuntes ſm quendā ordi-
nem et circum ministeria i eis
celebrāt. deinde etiā plurima
multitudine et ex antiquis he

a ¶ Inq̄sitionē. vt nō oporteat nos om̄i die de hoc cogitare. vt. s. de heredi. et fal. §. j.
b ¶ Venerabilibus. scilicet domibus. Accur.
c ¶ Quantos. i. quot. ⁊ sic dicas inferius.
d ¶ His. locis venerabilibus.
e ¶ Constituta. hoc continuatur. j. et ꝑmanserint ⁊c. et qꝺ est hic in medio cancellādum est. Vel dic si quis autem scilicꝫ ecclesie edificator. et ꝙ dicit extendēti nō sufficientem: quasi dicat plures etiam posset pati ꝙ̄ habeat. Vel dic si quis autem scilicet episcopus. ⁊ de eo dic vt modo diximus. quia nō adiecit vltra modū. et interim edificator largiebatur necessaria.
f ¶ Semꝑ. id est multotiens.
g ¶ Undiꝙ. scilicet facti sunt.
h ¶ Usure. scilicet aucte.
i ¶ Nouissima. scilicꝫ inopia. ⁊ subaudi superueniēs emersa est tanta vt ⁊c.
k ¶ Incredulitatem. scilicet eandē si inueniri possunt.
l ¶ Necessitate. scilicet fiunt cum nō possint mutuātes creditores inueniri. Accur.
m ¶ Contra leges. leonis et aliorū imꝑatorū q̄ fuerūt postea. vt. C. de sacrosanc. ec. l. iubemus. et. l. sancimus. Accur.
n ¶ Indecentes. sꝫ fiunt cū nō possint creditores inueniri. Accur.

o ¶ Predia. rustica. Accur.
p ¶ Sufficerēt. s. ecclesie.
q ¶ Expendit. vt q̄ prodigus est. et ita bonis ei interdicitur. vt. ff. de curato. furio. l. j. Vel dic vt insti. de his q̄ sunt sui vel ali. iur. §. si. ꝑma placet. Accur.
r ¶ Cogitandū. nobis. si em̄ ꝓ causis corporalib⁹ cogitamus ⁊c. vt. j. vt cū de ap. cog. §. si vero liberi. in fi. col. viij. Accur.
s ¶ Sed ex his. scilꝫ possessionib⁹. Et no. ꝙ qui hoc seruaret pauꝑ nō esset. Accur.
t ¶ Reliquis. al's reliquas omnes et tunc repete in alijs per reliquas omnes venerabiles domos. Ac.
v ¶ Scemate. id est ordine siue dignitate. Accur.
x ¶ Sancimus. que in hac cōstitu. diximus.
y ¶ Tempore. s. futuro.
z ¶ Numer⁹. nōgenti quinquaginta. vt. s. in principio dixit.
a ¶ Ecclesia. scilꝫ pri⁹ sancte sophie q̄ est maior eccl'ia.
b ¶ Verina. proprium nomen.
c ¶ Ecclesijs. scilicet tribus.
d ¶ Cōsistentes. hic nota ꝙ vnus vicem duorum gerere non possit. sic. ff. de pac. si plures. Item nota ꝙ quidam libri non habent pl⁹ in hac cōstitutione. et quidam habent tres colū. sed non legitur. Accur.
e ¶ Quoniam. respondet tacite questioni.

Duos vicem vn⁹ gerere nō potest.

ibi cederet quod collegium vel universitas ecclesiastica possit cedere bonis notat ex hoc tx. decisio capelle tolos. [illegible] in fine lancellot[illegible] de attent [illegible] limit ii n°. 5 fol 129

De vna ecclesia ad aliã clericus transire non dʒ.

a ¶Illud quoqꝫ no. ꝙ nõ debet cleric⁹ trãsire de vna ecclesia ad aliam: quod nõ seruatur. b ¶Contradicere. no. arg. pro epõ vel p̃lato ꝙ liceat ei reclamare a litteris domini pape. vt. C. si contra ius vel vtilita. publi. l. et si legibus. sed põt dici ꝙ hic nõ a principe: sed ab alio noie principis erant misse. si aũt constat litteras esse principis recipiẽde sunt: sed secũda iussio debʒ expectari. vt. C. de manda. princi. l. i. ꝛ. ĩ. de mãda. prin. §. deinde competens. col. iij.

reticis ad sanctissimã maiorẽ ecclesiã deducta gratia quidẽ magni dei et saluatoris nostri iesu christi laborib⁹ aut immutationib⁹ nostris oporteat plures q̃ a principio ad presens officij ministerium diffiniri. quapropter sancim⁹ nõ vltra sexaginta q̃dẽ presbyteros in sanctissima maiore ecclesia esse. dyaconos autẽ masculos centũ. ꝛ quadragĩta feminas. subdiaconos v̾o nonaginta: lectores aũt centum et decẽ. cantores vigintiquinqꝫ. ita vt sit oĩs numerus reuerendissimorũ clericorꝫ sanctissime maioris ecclesie in quadringẽtiꝫ vigintiq̃nqꝫ et sup centũ existẽtib⁹ his q̃ vocant̃ hostiarij. In sanctissima siquidẽ maiori ecclesia hui⁹ felicissime nr̃e ciuitatiꝫ p tres venerabiles domos vnitas ei tãta clericorꝫ sit multitudo: nullo quidẽ horũ q̃ nũc sunt excludendo: licet multo pluriũ sit numerus ab his q̃ a nobis nũc determinati sunt. nullo autẽ decetero adijciẽdo in vnoquoqꝫ ordine in his qui nũc sunt: donec ad hũc numerũ mẽsura redigatur. ¶Illud quoqꝫ ᵃ adijciẽdũ est vt qđ hacten⁹ nõ decẽter fiebat nequaq̃ in republica gerat̃. id est multos reuerẽdissimorũ clericorꝫ dedignari q̃dẽ in his q̃bus ordinati sunt sanctissimis ecclesijs/ aut hic aut in prouincijs deseruire. ad sanctissimã vero maiorẽ ecclesiã ꝛ venerabilem clerũ ei⁹ per patrociniũ quodlibet accedere: qđ decetero fieri prohibemus. nã si sup venerabilibus monasterijs p̄hibemus ex alio monasterio ad aliud trãsmigrare: multo magis neqꝫ reuerẽdissimis clericis hoc p̄mittamus lucri ꝛ negociationis habere hm̃oi bonorꝫ desideriũ iudicãtes. Si v̾o ꝛ aliq̃s talẽ quãdã migrationẽ tua beatitudo aut p tp̄a imperiũ fieri p̄spexerit: non aliter hoc agi anteq̃ ad predictũ a nobis numerũ causa redigat̃ vt migratio in officiũ deficientis fiat: et nõ supra numerũ aliq̃d oĩno accedat̃. hec em̃ nulla machinatione neqꝫ ex aliquo modo fieri sinim⁹: et hec q̃dẽ de sanctissima maiore ecclesia. ¶In alijs autẽ omnibus ecclesijs quarũ expẽsas sanctissima maior ecclesia facit: sancim⁹ nũc quidem existẽte manere similiter eos etiam sub scemate. De cetero vero nullum ordinari anteq̃ ad eum qui vocatur statutus vniuscuiusqꝫ ecclesie (quod antiquitus ordinatũ est) ab edificatoribus ecclesiarũ presbyterorꝫ diaconorꝫ masculorum atqꝫ feminarũ ꝛ subdyaconorꝫ atqꝫ lectorũ: necnõ cantorũ ꝛ hostiariorũ numerus redigat̃: ꝛ nullus in medio penitus adijciat̃. Nosqꝫ ipsi cauemus tale aliq̃d agere: ꝛ ordinandos abbreuiamus: nullusqꝫ nostrorũ iudicũ tale aliquid agat nostram formidãs legẽ: et licentia sit beatissimo archiepõ ꝛ patriarche hui⁹ regie ciuitatis ordinationi contradicere ᵇ/ licet iussio de palatio veniat. nã ꝛ qui precipit ꝛ cui precipit̃ sub ecclesiastica mulcta erũt si tale aliquid egerint. ¶Sed neqꝫ i alijs ecclesijs quodcũqꝫ emolumẽtũ ꝛ expẽsas habeãt a sanctissima maiore ecclesia: icõ petẽs est multitudinẽ inire ordinãdorũ ei⁹: neqꝫ trãscẽdere decetero cõstitutã a principio etiam sup illis mẽsuram: ne forsan oẽs etiã q̃ eas cõsequuntur in multitudinẽ incidentes immẽsam: et accedentes sibimet pie agentibus questus diuidẽtes: ꝛ exinde vsqꝫ ad mẽsurã eorũ nõ sufficientes/ in maximã angustiã incidãt. ¶Si v̾o vltra mensurã diffinitam sanctissime maioris ecclesie siue aliarũ ecclesiarũ ordinet̃: q̃ p tp̄a fuerit sanctissime maioris ecclesie sanctissim⁹ ep̄s/ ꝛ venerabilis eiusdẽ ecclesie et hyconomi/ erogationẽ ecclesiasticis prebuerit q̃sib⁹: ipsi quoqꝫ de sua et propria facultate prebeãt expẽsam: ꝛ q̃ hec expendere eos permiserit beatissimus patriarcha. Sciãt em̃ q: si q̃d tale egerint licentiã damus et sanctissimis patriarchis qui post tale aliq̃d agẽtes fuerint: ꝛ posterioribus hyconomis ꝛ oĩbus reliq̃s reuerendissimis clericis talia perscrutari et facta prohibere ꝛ indicare imperio: vt illud cognoscẽs percipiat ex substãtia hec agẽtiũ hyconomorũ: aut etiã permittẽtis archiepi hoc sarciri sanctissime ecclesie. ¶Quapropter ne rursus forte fiat talis aliqua rei confusio atqꝫ tumultus causa ad mensurã a principio cõstitutã redacta/ tũc ordinare liceat: intantũ vt nõ trãscẽdat̃ diffinita mẽsura neqꝫ numer⁹ trãseat̃: aut fiat q̃dã circa hoc calliditas. non em̃ illud patimur oĩno fieri vt dicat̃: q: licentia erit ordinare q̃dẽ nõ tm̃ emolumẽta p̄bere. hoc em̃ est rursus ad cõfusionẽ efficientiũ ꝛ immensam adiectionẽ scđa collegia ɔstituẽtiũ. deĩde etiã plurimas habebit cãs circũuentionis vt alias sibimet vias auaricie inueniãt: ꝛ pro alimẽtorꝫ expensis. Et hoc igit̃ agi penitus et sub mulcta q̃ vocat̃ ecclesiastica ꝓhibem⁹: maximã vtilitatẽ hãc esse putãtes vt sanctissima maior ecc̃lia neqꝫ debitiꝫ subijciat̃: neqꝫ angustiet̃ perpetuo edificio: sed semp abundet. sicut em̃ de his expẽsis determinauimus: ita cõgruet pro tp̄e sanctissimũ patriarchã ꝛ reuerendissimos hyconomos cõsiderare vt alie expẽse

que fiūt ex ecclesiasticis q̄ sib⁹ circa pios erogent actus ⁊ deo placētes. ⁊ illis hec ministrent qui pro veritate egēt: et non habent aliūde alimētorū occasionē. hoc em̄ dn̄m placat deū: et non in patrocinijs et in studijs hoim̄ ecclesiasticas expensas hoib⁹ locupletibus distribuāt: et ideo inopes necessaria non mereant. Sciāt autē deo amabiles hyconomi ⁊ q̇ nunc ⁊ per tp̄a futuri sunt: qꝛ siquidē preter hec egerint: et diuinis supplicijs subiacebunt: et ex sua substantia indēnitatē sanctissime ꝓcurabūt ecclesie. ¶ Beatitudinē igit̄ tuā q̄ ab initio et ex infantili pene etate in sacro oī ordine et scemate sctissimā ordinauit ecclesiam ex sacrato vtiq̄ȝ genere descendentis hec custodire continue sancimus. sciētes qꝛ nō minus nobis cure est horū que sanctissimis ecclesijs prosunt/ q̄ȝ ipsius anime.

¶ De fideiussoribus ⁊ mandatoribus et sponsoribus et solutionibus.

¶ Reo absente primo fideiussor est cōueniendus / dilatione sibi stante ad reū representandum lege antiqua non obstāte. Barto. Impe. Justi. Jo. pa.

Legem antiquam[a] positā q̇dē olī[b] vsu vero nescim⁹ quemadmodum non approbatā[c]: ꝑ causas aūt semꝑ exq̄sitas[d] atq̄ȝ necessarias apparē tem[e] rursus aduocare: et ad rē publicam reducere bene se habere putamus. non simpliciter eā sicut iacebat ponentes (erat em̄ quedaȝ eius[g] pars omnino non discreta[h]) sed cū cōpetenti ⁊ deo placito distribuentes augmento[i]. ¶ Si quis[k] igitur crediderit[l] ⁊ fideiussorem[m] aut mādatorē aut sponsorē acceperit: non primū aduersus mandatorē/ aut fideiussorē aut sponsorē accedat[n]. neq̄ȝ negligens debitoris intercessoribus molestus sit[o]. sȝ veniat[p] primū ad eū q̇ aurū accepit: debitūq̄ȝ cōtraxit. et si q̇d inde accepit[q] ab alijs abstineat. quid enim ei[r] in extraneis[s] erit a debitore cōpleto[t]? Si ꝟo nō valuerit[v] a debitore recipere aut in ꝑtē aut in totū: sȝ qd̄ ab eo nō potuerit accipe ſm hoc ad fideiussorē aut sponsorem aut mandatorē veniat: ⁊ ab illo qd̄ reliquū est sumat[x]. ⁊

¶ De fideiussoribus et mandatoribus ⁊c.

Legē antiquā. quā habemus. C. de fideius. l. nō recte. que hic corrigit̄: ⁊ noua ei adijcitur: et pro parte seruatur vt quidā dicunt: qd̄ nichil est. sed dic ꝙ erat quedam lex que duo dicebat. primū vt ꝑsente vtroq̄ȝ reus primo sit cōueniēdus: ⁊ in hoc bene vt. j. eo §. antiqua siq̇dē. scd̄m ꝙ absente reo nō dabatur spaciū fideiussori ad ꝑducendū reū: ⁊ in hoc male dicebat. vt. j. e. §. si vero fideiussor. ibi non enim ⁊c. ⁊ fuit hec lex antiquior q̄ȝ illa. C. e. non recte vel q̄ȝ alie que tractant de eadē materia. vt ptȝ. j. pri.

b ¶ Olim. scȝ sancim⁹. et accipit̄ ex sequēti ꝟbo nescimus. sic. ff. de tu. ⁊ ra. distra. l. j. §. nūc tractemus.

c ¶ Nō approbatā. i. reprobatā per cōsuetudinē ei cōtrariā. vt. ff. de le. ⁊ senatuscō. de qb⁹ §. fi. et. j. de q̄sto §. si vero. col. vij.

d ¶ Exq̄sitas. id est plerunq̄ȝ in iudicijs necessario examinatas. nā et hodie plereq̄ȝ cause sunt de simili materia.

e ¶ Apparētē. s. fore vtileȝ. vel dic apparet. i. ad memoriam reducit̄ ⁊ deplorat̄: vt facit vxor de marito bono mortuo: cū minus bono sit cōiuncta.

f ¶ Erat enim. interpositio est.

g ¶ Eius. scilicet antique legis.

h ¶ Non discreta. vt. s. eo. in prin. diximus.

i ¶ Augmento. nā cū duo tm̄ capitula in ea continebantur: in hac constitutione infinita sunt. vt. j. eo. per totum.

k ¶ Si q̇s igit̄. qꝛ legē antiquā volum⁹ reformare igit̄ ⁊c.

l ¶ Crediderit. scilȝ mutuando aurum vt sequitur. Sed quid si in alio constat mutuum: q̄ȝ quod pondere numero mensura consistat. vt. ff. si cer. peta. l. ij. Uel quid si alius cōtractus sit vbi possit fideiussor accedere. vt. ff. eo. l. j. Respō. semper locum habet quod hic dicitur. vt. j. eo. §. non solum et. §. absolute. et. §. similiter. ⁊. ff. si cer. peta. l. j.

Fideiussor/ mandator/ et sponsor differūt.

m ¶ Fideiussorē. no. differentiā inter istos. nā fideiussor et ante obligationē ⁊ post accipi potest. vt insti. eo. §. ij. Mandator tm̄ ante: nisi in casu. vt. ff. manda. l. si vero non re. §. si post. ⁊. §. plane. et. §. cum quis. Sponsor qui sponte sine rogamine pro alio intercedit: qꝛ ⁊ ipse habet actionem mādati. vt. ff. man. l. si ꝓ te. lȝ. M. dixerit sponsorē pro cōstituente se debere positū esse: ⁊ in his tribus locū habet hec cōstitutio. Idē dico de cōstituente qui tm̄ post obligationem accipitur. vt. ff. de const. pe. l. j. ad instar fideiussoris. vt. C. de cōsti. pe. l. fina. Quid in expromissore q̇. s. promittit alio non obligato ꝓ quo obligat̄: vel etiā nūc liberante eū. vt. ff. de do. l. et elegāter. §. seruus pactionis. Rn̄. nō habet locū hec cōstitutio cū non possit dici cōtra eum ꝯtra quē agere nō pōt esse negligēs. vt. C. de an. excep. l. j. §. fi. Itē quid si ꝑncipaliter se constituit debitorē vt sit tota die? Rn̄. refert an nouet̄ alterius obligatio qd̄ fieret ſm iura vetera semper mutata persona. vt. ff. d̄ ac. ⁊ obli. l. obligationum fere. §. fi. ⁊ insti. quib. mo. tol. obli. §. ꝑterea. hodie hoc expsso non als. vt. C. de noua. l. fi. ⁊ tūc non hȝ locum hec cōstitutio rōne dicta i supiori. q. an ꝟo nō fiat: et tūc locū hȝ cum eadē sit rō hui⁹ et fideiussoris. vt. ff. de ꝟ. obli. l. stipulatio. in fi. ⁊. ff. ad le. aql. l. illud. Itē equitatis summus amatores. vt. s. ti. ij. §. fi. ⁊. C. de consti. pecu. l. fi. hec glo. locum habet quando vnus post alium obligatur.

n ¶ Accedat. hic corrigitur qd̄ est in. C. eo. non recte. et. l. mater. ⁊. l. si aliena. que oēs leges dicūt idē. Ultimo quere hic quod dixi. j. de duo. reis. §. j. col. vij. Itē nunquid huius legis beneficio renunciari potest? Respon. sic: vt. C. de pac. l. si quis in conscribendo. arg. contra. j. de duo. reis. §. j.

o ¶ Molestus sit. petendo ab eis vt soluatur. Accursius.

p ¶ Ueniat. scilicet creditor.

q ¶ Receperit. quod sibi debetur.

r ¶ Quid enim ei. scilicet creditori.

s ¶ Extraneis. id est fideiussoribus.

t ¶ Completo. id est satisfacto. q. d. nichil. Accursius.

v ¶ Ualuerit. scilicet creditor.

x ¶ Sumat. q̇d si pignus habebat a debitore? Uidetur ꝙ primo debeat illud vendere: vt hic colligit̄. sed qꝛ graue est

etiā pign⁹ vēdi ppter subhastatiões que fiunt. vt. C. de iure do. impe. l. fi. dico contra. vt. ff. eo. inter eos. §. creditor. Nec dico eam correctā lz dicāt quidam. s. per istam: cum leges veteres inquātum possumus tolerare debeamus. vt. j. qui. mo. natu. effi. sui. §. tribus, col. vij.

m ¶ Prius. hoc dicit Azo verum: quando negat se fideiussisse. quod nichil est: immo etiam cum constat: vt hic. et. j. de duo. re. in prin. col. vij.

n ¶ Hoc. i. in dilatiōe quā eis dat ad representandū reū.

o ¶ Talib⁹. s. mādatorib⁹ z spōsorib⁹ z silib⁹. vt. s. e. §. j.

Presēs qt modis qs dicatur.

a ¶ Presentes. Psens respectu absentis multis modis dicitur. Primo qn̄ se ad inuicē audire pn̄t. vt i stipulationibus accipitur. vt. ff. de vbo. ob. l. j. j. rn̄. et insti. de inuti. stip. §. itē verborū. Scdo qn̄ qs est in eadē prouincia: vt cum de prescrip. inter pn̄tes agit. vt. C. de prescrip. lon. tēp. l. fi. Tertio cū est in iudicio: vt i pductione testium q̄ dz fieri psente altera pte. vt. C. de testi. l. si qn̄. et. j. de testi. §. pe. col. vij. Quarto si est domi cui⁹ nomine volo nūciare op⁹ nouū. vt. ff. de dā. infec. l. iiij. §. ab esse. et. ff. qd vi aut clā. l. iij. Quinto vt si est in hortis etiā cū tractam⁹ de procuratore cōstituendo. vt. ff. de pcur. l. psens. z. l. z q. Sexto mō accipio hic si est ēt in eodē territorio vt facile possit citari. vt arg. ff. de iuris. om. iudi. l. vlti. licet qdā dicant eū in iudicio debere esse psentē. vt. j. de testi. §. pe.

siquidē presentes[a] ei[b] cōsistāt ambo z pncipalis z itercessor et fideiussor z mādator z spōsor: hoc omni seruetur[c] modo ¶ Si vero intercessor/aut fideiussor/aut mādator/aut q̄ spōsioni se subiecerit adsit: principalē vo abesse[d] cōtigerit: acerbum[e] est creditorē mittere alicubi[f]: cū possit mox intercessorē vel fideiussorē/ aut mādatorē/aut sponsorē exigere: sed et hoc qdē curandum est a nobis possibili mō. non eni erat[g] qdā hic antique[h] legi datū p sanatione remediū: cū vtiqz papinianus maximus fuerit: qui hec primitus introduxit[i]. pbet igit[k] itercessorē aut sponsorē/ aut mādatorē: z cause residēs iudex det[l] tēpus intercessori: id est dicere spōsori et mandatori volenti principalem deducere/ quatenus ille prius[m] sustineat conuentionē. et sic ipse in vltimū subsidiū seruet: sitqz solacio intercessori aut sponsori et mandatori in hoc[n] quoqz iudex. fideiussorib⁹ eni et talibus[o] pdesse sancitū est vt illo[p] deducto[q] interim conuentione liberētur[r]/qui pro eo in modestia fuerunt. Si vero tēpus in hoc indultum excesserit (cōuenit[s] nāqz etiā tempus diffinire iudicātem) tunc fideiussor aut mādator aut sponsor exequat litem: z debitū exigatur cōtra eum[t] pro quo fideiussit: aut p quo mandatū scripsit: aut spōsionē suscepit: a creditoribus actionibus sibi cessis.

¶ Hypothecaria actio cōtra extraneos pignorum possessores intentari non dz: nisi prius reorū et fideiussorū oibus facultatibus excussis. hic obtinet in-... bus z in oibus creditoribus z successoribus. h. d. Barto.

¶ Sed neqz ad res debitor[v] que ab alijs detinētur veniat[x] prius anteqz transeat viā sup personalibus[y] contra mandatores et fideiussores z sponsores: sicqz ad res veniens principalis debitoris: sive[z] ab alio detineantur: et detinentes eas cōueniens: si neqz inde habuerit satisfactionē: tūc veniat aduersus res[a] fideiussorū et mandator z spōsorū. idē ē[b] dicere vl si quosdā habuerit[c] hoies[d]

p ¶ Illo. scz principali.

q ¶ Deducto. s. ad iudicium.

r ¶ Liberentur. fideiussores.

s ¶ Conuenit. interpositio est.

t ¶ Cōtra eum. s. reū pncipalē pro q̄ zc. z hoc dico actionibus cessis. nā fideiussores ipsi exigēt dūmodo et ipsi pus soluāt. vt. ff. d sol. l. stichū. §. pe. vel cō eū fideiussorē. s. debitum dico ab eo p quo zc. et hoc dico actionib⁹ cessis: et sic sunt ablatiui absoluti. Et est faciēda cessio ante solutionē/ vel tunc/ vel parū postea/vel multū postea: hoc tamen acto tūc in solone vt postea fiat. vt. ff. de solu. l. modestinus.

Cessio qn̄ sit fideiussori faciēda.

v ¶ Debitoris. s. ad res q̄ fuert quōdā debitoris: nunc autē alienate sunt vn̄ trāsit dn̄ium lz cū sua cā. vt. ff. de acq. re. do. l. traditio. et. ff. de cōtrahen. emp. l. alienatio. Sz qd si deposuit vel comodauit: Rn̄. apud eundē vident esse. vt. ff. como. l. rei. et. ff. depo. l. lz. et de vbo. sig. l. penes.

b ¶ Ei. scz creditori. Accur.

c ¶ Seruet. vt pri⁹ cōueniat pncipalis qz accessorius.

d ¶ Abesse. quod dic vt modo diximus.

e ¶ Acerbum. i. durum et crudele. Bl.

f ¶ Alicubi. ex territoriū ius dicentis. vel forte etiam intra dūmodo extra iudiciū. qd dic vt. s. §. j. diximus.

g ¶ Erat hic. i. in isto casu.

h ¶ Antique legi. i. ab antiqua lege cuius mētionem habuimus. s. eo. in prin.

i ¶ Introduxit. in sili. casu vt dilatione reo data absenti et fideiussori lz psenti dari debeat. vt. ff. e. l. si testō. §. fi.

k ¶ Probet igit. vulgariter dicit. q. d. experiatur an possit representare reum vel non.

l ¶ Det tps. s. sex mensium sm quosdā. vt. C. eo. sancim⁹. vel melius p arbitrio iudicis. vt. ff. de iur. delibe. l. j. in fi. quod erit in. xx. miliaribus diurnis. vt. ff. si quis cau. l. j. vl erit arbitrium sm continentiam prouinciarū. vt. j. vt oēs obe. iudi. §. si vero alter. col. v. et. C. de dils. l. j.

x ¶ Veniat prius. per hypothecariā actionem.

y ¶ Personalib⁹. s. actionib⁹. sz cō. j. de litig. §. ad hoc. B. et Al. dicunt hoc corrigi. Jr. dicit q ibi debitor idēqz venditor tenebat adhuc. Alij dicunt q ibi habebat cām a debitore contra quē dicunt agi posse etiā prius. sed Jo. cōtra: quia dolus actoris non nocet emptori. vt. ff. de do. excep. l. apud celsum. §. si cum legitima. Alij dicūt q illud locum hz excussis prius bonis debitoris: vt hic. Vel melius illud in expresso. hic in tacito pignore vt hic. cum hoc etiam iure veteri erat. vt. ff de iure fis. l. moschis. vel dic aliter sm Azo. et Jo. vt in summa de pigno. §. damus.

z ¶ Sive. sunt due partes: ve pet. q. d. etsi p qbuis zc. sic. j. de duo. re. §. j. col. vij.

a ¶ Res. ab eis vel ab alio possessas.

b ¶ Idem est. qd in intercessoribus est dictum.

c ¶ Habuerit. creditor.

d ¶ Hoies. similes supradictis: vt constitutores.

a ¶ Ipsi. scilicet creditores.
b ¶ Obligatos. ex constituta pecunia.
c ¶ hypothecarijs. q̄d si reali puta hypothecaria tenet̃ fideiussor cū ꝑsonali sit ꝑscriptū: Rñ. idē qḋ hic dicit̃. vñ distingue q̄ ꝑlatio sit ꝑsonaliū actionū ad ꝑsonales. Itē ꝑsonaliū ad reales Itē realiū ad reales. De primo dic q̄liter re9 ꝓus q̄ꝫ fideiussor cōueniat̃. vt. §. j. ß. eo. In secūdo dic q̄ ꝑsonales realib9 ꝑferūtur vt h. nisi i casu q̄n idem debitor tenet res. vt. j. proxi. nō ita in fideiussore cōuento ꝑsonali nam lꝫ teneat res nō p̄t creditor eligere. cū ꝓus oporteat eum redire ad res debitorū quas ipi tenēt vel alienauerūt: vt hic. In tertio dic q̄ primo ad res debitorū agit̃ vt h. lꝫ olim sp eēt in electione creditoris tā in p̄mo vt. C. e. nō recte. q̄ꝫ in scdo vel tertio casu. vt. C. de pig. l. ꝓsecutiōe. Azo.
d ¶ Dicta est. vt C. de ac. ⁊ ob. l. fi. q̄ lex hic corrigit̃. nisi in hoc casu. vt. ß. distinxim9 modo.
e ¶ Et nō solum in creditorib9. stricte pro mutuatoribus. sic. C. de ꝓba. l. j. al's large. vt. ff. si cer. peta. l. j.
f ¶ Confirmatorē. no. eūdem dici fideiussorē: cū cuilibet contractui accedere possit. vt. ff. eo. l. j. idē ⁊ ꝯfirmator q̄ venditionē siue cōtractū confirmat. vt insti. eo. in prin. et de repli. §. fi. idem actor seruus dicitur. vt. ff. de euic. l. illud.
g ¶ Conuentio. i. agat̃ ex aliquo pacto in venditione apposito in ꝑiudiciū venditoris qḋ venditor non seruat.
h ¶ Tenentem. repete aduersus. Azo.
i ¶ Eadem etiam hic. i. in dicto casu venditionis.
k ¶ Quam. s. diuisionem.
l ¶ Sanciuimus. vt. ß. eo. §. j. et. ij.
m ¶ In alijs. a mutuo et venditione.
n ¶ Cōtractib9. vel quasi. vt insti. de ob. ex qua. contra. in prin. et de actio. §. j. Azo.
o ¶ Ex vtroq;. s. latere. i. creditorū ⁊ debitorum. et ex hoc corpore colligit̃ quoddā mēbrū illius aut. quam habemus. C. de fideius. presente. ibi absq; ⁊c.
p ¶ Rursus. repete valeat.
q ¶ Quod autem. nunc de secunda parte rubrice.
r ¶ Curis. scꝫ debitorū.

a Imperialem. vel pignorare. ꝓhibet ꝙ hic expressim pignoris obligatio de feudo in totum vel in partē aliquam sicut ꝓxi. dixi totum vel partē aliquā ⁊c. qđ est ꝯ ꝓy. qui contrariū notauit. s. de alie. feu. c. j. sed nunq̄d poterit dñs proprietatē feudi obligare sine consensu vasalli? Rñ. lex corra. non dicit ꝙ possit obligare vel nō. sȝ dicit ꝙ dñs non pōt inde facere cābium vel ꝓcariū siue libellū. vt in lōbar. de bene. et ti. l. vlti. §. fi. ⁊. s. de suc. feu. l. mulier. ar. tn̄ est ꝙ possit obligare. vt. C. de vsufr. l. ij. ⁊. ff. de pig. ac. l. tutor. i fi.

b Seu alienare. si aūt alienauerit deide redemit arg. est ꝙ nō amittat. ff. de ali. iudi. mu. cā fa. l. ex hoc §. si q̄s. ⁊. ff. q̄. mo. pig. vel hypo. sol. sicut. arg. cōtra. ff. depo. l. j. §. si rē. immo casus expressus est. s. ti. q̄d iuris sit si vasallus post alienationem feudi illud recuperet. c. ꝓterea. Quid si vasallus legauerit feudū extraneo prorsus. vel extraneū de feudo heredem instituit nullis agnatis vel descendentibus relictis? Rñ. nō videt alienatū vt sic dñs eū inuestire cogat. vt argu. ff. de ali. iudi. mu. ex hoc §. sed heredē. et de leg. iij. l. pf. §. iulian⁹. sed q̄stioni huic accedit et illa an per alium liceat feudo seruire. michi tn̄ videt ꝙ nullo mō cogi debeat dñs eū inuestire: q꞉ nō tenuit legatum vel heredis instō in feudo facta: nec enim valet ordinatio defuncti in feudo facta. vt. s. de suc. feu. in prin. et. s. qualiter olim po. feu. alienari §. donare. Sed nōne vasall⁹ pōt feudū in dotē dare ꝓ filia sua. arg. est ꝙ possit. C. de natu. libe. l. iij. in fi. et. ff. si q̄d in frau. pa. l. j. §. sed et si. et. ff. qui. mo. pig. vel hy. sol. sicut §. quod si in dotem. casus tamen est expressus ꝙ non potest. vt. s. qualiter olim pote. feu. alienari §. donare. Sed nunquid poterit in emphiteosim perpetuā dare? Rñ. forte nō: cū emphiteosis perpetua nō procul ab alienatione distet. vt in aut. de non alie. aut permutā. eccle. rebus §. nos igit. et §. alienatiōis. col. ij.

Feudo an possim per aliū seruire.

c Sine ꝑmissione. qđ si dñs permisit vendere amico et vasallus postea vendidit aliȷ. arg. est ꝙ non possit. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. sicut re. §. illud.

d Prescriptione. q̄cq̄d suꝑ facto prescriptiōis notatum est. s. de capi. cor. c. j. hic repetas.

e Conualescere. no. ꝙ ex tpīs diuturnitate non cōualescit qđ ante iualidū fuit: sicut ⁊ al's i aut. vt nul. iudi. §. nulli. et. C. de pac. l. si certis. ⁊. ff. fami. her. l. q̄dā. argu. ꝯria sunt C. de postu. l. iij. et C. de ꝯtrac. iudi. l. ij. et. C. si maior fa. ra. ha. l. j. et. ij. ⁊ in sum. vt i li. py. tertio quaterno. vltima charta. qm̄. s. diximus qđ ab initio validum ⁊c. et ru. ꝯtraria sequēti

Inualidū tpīs diuturnitate nō cōualescit.

f Ex empto actione. q. d. si fuerit malefidei emptor nō possit preciū repetere. ⁊ hoc iō q꞉ sciēs rē alienā emit. vt. C. de euic. si fūdū. qđ verū puto. q꞉ cū bōe fidei emptori ꝑmisit ꝓciū repetere: malefi. emptori videt ꝓhibuisse. ar. ad hoc. C. de pac. cōuen. tā suꝑ do. l. vl. ⁊. ff. de cōpen. l. labeo. imo nec vēditor eū retinebit sed eo carebit. vt s. in ꝯsti. lotha. circa finē. et applicabit fisco q̄ successor est male acq̄sitorꝝ. vt ff. de iur. fis. l. luci⁹. nec puto ꝙ emptori malefi. det repetitio ꝓcij etiā si cautū sit ei de euictione: cū contra. l. istam sciens fecerit: vt aliud sit in re simpliciter alienata. fm̄ qđ dicit in. d. l. si fundū. de euic. et. C. cō. vtri. iu. si fratres. rem eīn alienā quē vēdere posse nulla dubitatio est. vt. ff. de cōtrahē. emp. et ven. l. rē alienā. et hoc forte ideo vt aliquam penā sustineat de tali illicito cōtractu ab eo sciēter facto. sicut et notarius q̄ in plus punitur cum officium ⁊ manū amittat cū infamia. vt. j. sequitur §. scriba vero ⁊c. sic ergo emptor bonefidei repetet preciū. et hoc verum est etiā si actū fuerit inter eos ne aliq̄d euictionis nomine prestaretur. vt. ff. de ac. emp. et ven. l. ex empto §. fi. Sed nunquid ad interesse posset agere si vellet preciū dimittere? et quare non cum hoc non ꝓhibeat: vt. C. de euic. empti actio. et aget actione ex empto vt ibidē dr. et. ff. de euic. venditor. hois. nisi forte velles dicere ꝯtrariū ꝙ vēditio nulla sit.

† Facit ad hoc C. de pac. l. si certis an. ⁊. ff. de re. iur. qđ ab initio.

Fiscus est successor male acquisitorꝝ.

inuestiture quam sibi licere[a] dicunt fe. vendūt/ et in alios trāsferunt. ne tale figmentum vel aliud vlterius in fraudē huius nostre cōstitutionis excogitetur modis omnibus prohibemus (pena auctoritate nostra iminēte) vt vēditor et emptor qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse: feudum amittant[b]: et ad dominū libere reuertatur[c]. Scriba vero q̄ hoc instr̄m sciēs ɔscripserit/ post amissionē officij cū infamie periculo manū[d] amittat.

¶ Preterea si q̄s infeudatus maior. xiiij. annis[e] sua incuria vel negligētia[f] p annum et diē steterit q̄ feudi iuestiturā a p̄prio dño nō petierit[g]: trāsacto hoc spacio feudum amittat: et feudū ad dominū redeat.

¶ Si vasallus legitime etatis nō fuerit cū dño in expeditiōe vel ibi nō miserit aliū p se dño acceptabilē vel non solverit dño dimidiā partē reddit⁹ feudi vnius anni / feu. amittit. B.

¶ Firmiter etiā statuim⁹ tā in italia q̄ȝ in alamania vt q̄cūq; indicta publica expeditione vocatus a dño suo in eadē expeditione spacio cōpetenti[h] temere venire supersederit/ vel alium[i] pro se dño acceptabilē mittere cōtempserit/ vel dimidium[k] reddit⁹ feudi vnius anni domino non subministrauerit: feudū quod ab ep̄o vel alio dño habuit amittat: et dn̄s feudi in vsus suos illud redigendi modis omnibus habeat facultatē. ¶ Preterea ducat⁹/ marchia/ comitatus/ decetero nō diuidatur: aliud autē feudū si cōsortes voluerint diuidatur: ita vt omnes q̄ partē feudi habent iam diuisi vel diuidendi fidelitatē faciant: ita tñ vt vasallus p vno feudo plures dominos[l] habere nō ɔpellatur[m]: nec dn̄s feudū sine voluntate vasalli ad alium transferat[n].

¶ Si filius vasalli offendit dominū patre inuito nec pater a dño req[illegible]situs [illegible] eum ducere ad satisfaciendū dño aut filiū a se separare: alioqn priuabit feudo. Si autē pater vult eū ducere filius autē contēnit: p̄ patris morte filius nō succedit in feudo nisi prius dño satisfecerit. B.

a ¶ Sibi licere. q̄uis licebit si non vendāt. sed vere in feudū dādo inuestiturā faciāt. vt. J. ti. j. § illud quoq;. ar. C. māda. p diuersas. § fi. et. l. vlti. vel forsan q̄ prohibuit alienari per hoc et in feudū dari. argu. C. de re. alie. nō alie. l. fina. de hac autem materia dices fm̄ quod notaui. s̄. de capi. cor. c. j.

b ¶ Amittant. in totū si totū alienauerūt. alioqn p ea parte dūtaxat p q̄ alienatum fuit. vt s̄. de vas. q̄ cōtra cōsti. lotha. bñ. alie. c. j. Sed nūq̄d al's poterit vasall⁹ domino inuito renūciare feudo: Videtur q̄ sic. arg. ff. de ope. liber. iterdū. ecōtra videt̄ q̄ nō possit sicut nec eo inuito dn̄s ei auferre pōt: nā cū vtriusq; gr̄a dat̄. s. dñi vt seruitium vasalli habeat. Itē vasalli vt fructus feudi habeat: nō p̄t altero inuito tali pacto renunciare. ar. C. de ac. et obli. l. sicut. et. ff. de vsufru. sed cū fructus. in p̄n. et. l. p̄dicta interdū. R̄n. q̄ nō sola. renūciatio/ sed causa eum soluit. sed dicitur expressim de ɔsuetudine q̄ pōt. vt. s̄. de vasal. q̄ cōtra cōsti. lotha. bene. alie. c. j..

c ¶ Reuertat̄. ipso iure vt puto ɔ̄tra tū ad vasallū q̄ id alienauit et tradidit: cū alienatione facta statim sit dño aptū. vt. s̄. ti. q̄d iuris sit si post alienationē feu. va. id re. c. p̄terea. in fi. ɔ̄tra tū ṽo ad emptorē non puto nisi per sententiā: cum al's non posset agere de euictione cōtra venditorē cū sit bonefidei emptor. vt. ff. de euic. l. j. et. C. de euic. l. si fundū. idem etiā intelligo de vasallo si committat feloniam p quā feudū amittere debeat: q̄ eum adhuc habeat. s. vt tm̄ ipsum per sententiam amittere debeat. nec em̄ dȝ vasallus feudum amittere sine certa et cōuicta culpa laudanda per iudiciū pariū suorū. vt in lōbar. de bñ. et. t. tri. l. fi. et. s̄. de feu. sine culpa nō amit. c. j. et. s̄. q̄ tpe mil. inue. petere de. c. iij.

d ¶ Manū amittat. nā et al's punitur pena irreuocabilis exilij. vt. C. de sacrosan. eccle. iubemus. § penul. in fi.

e ¶ Annis. q̄ forte restituet̄ in integrū si fuerit mior. xxv. an. cū hoc ipso lesus sit q̄ infra id tēpus nō petijt.

f ¶ Negligētia. nisi iusta de cā staret. tūc em̄ sec⁹ esset: que aūt sit iusta cā p̄pter quā posset stare de. s̄. quo tempe miles inuesti. pete. debe. c. j. et que ibi notantur hic repetas.

g ¶ Petierit. pollicendo fidelitatem. vt. s̄. de capi. cor. c. j. et. s̄. in q̄. cau. feu. amit. c. j. et q̄ ibi notant̄ hic repetas.

h ¶ Cōpetenti. puta forte q̄ dinumerabuntur ei vicena milia passuū per singulos dies donec fuerit in exercitu preter eum diem quo vocatus fuit vt iret. et preter eum diem quo se debet rep̄sentare. et hoc ad exemplū eius q̄ p̄misit se staturum in iudicio. vt ff. si q̄s cau. l. j.

i ¶ Alium pro se. notare potes hic argu. q̄ vasall⁹ potest feudo suire p substitutam personā dum tñ sit dño acceptabilis sȝ q̄d hic dicit. hoc idem notat̄. s̄. si de feu. cōtro. fue. c. si quis decesserit. et puto q̄ acceptabilis debet esse dño si persona eq̄ bonū vt ip̄e est vas. ei mittit. arg. s̄. de. l. cor. c. ex eadē lege. et. s̄. titu. si de feu. cōtro. fue. l. si q̄s decesserit.

Seruire vasallus feudo per substitutū pōt.

k ¶ Dimidium. aliter obseruat̄ p corradū in lombardia. et aliter in alamania. vt. s̄. de capi. cor. c. similiter in ostēditijs. Ac.

l ¶ Plures domi nos. argu. contra ff. de vsufruc. si cuius. q̄ ibi plurib⁹ dn̄is fructuarius satisdare debet. vt C. d̄ ser. et aq̄. aquā.

m ¶ Compellat̄. sed cui dabitur electio. vtrum ipsis dn̄is: an vasallo: R̄n. videtur q̄ vasallo debeat dari. s. vt eligat quem voluerit ex dominis. argu. ff. de iure do. l. plerūq;. § vlti.

n ¶ Ad aliū trāsferat. s. iure cōsuetudinario ad minorem dn̄m: sed ad maiorē pōt q̄ tūc nō ledit̄ vasall⁹: nisi sit priuat⁹ forte. vt arg. C. de fun. limitro. l. ij. lib. xi. Vel dicas q̄ ad minorē dn̄m pōt transferre nō ad maiorē. ar. ff. de alie. iudi. mu. l. j. et. iij. et. C. ne lice. po. l. ij. Vel dicas q̄ ad oēs trāsire pōt. arg. C. de ɔ̄hen. emp. et vēdi. l. dudū. et. ff. si q̄s a parē. ma. fue. l. ij. et vlti. et hic subau. ius vas: Vel nō pōt transferre oīno: sed retinēdo directū dn̄ium pōt. arg. ff. de offi. pre. l. pe. Vel localis est: q̄d non placet. C. de no. codi. cōponē. l. j. in fi. sc̄ de cōsti. Vel dic referre vtrū totā curiā vēdat vel tm̄ feudū vni⁹ vasalli. in primo casu potest. q̄ q̄dā per se nō trāseunt que cū vniuersitate transeūt. ff. de acq̄. re. domi. l. q̄dā. et argu. ff. de ɔ̄trahen. emp. l. in modicis. verūtamē hoc satis videt̄ determinari. s̄. de lc. corra. § ex eadē, l. q̄d si vasallus decesserit relictis duobus fi:

x. §. preterea. in fine. vi. Rolandi a valle; in consi. 1. nu 34 & 81. cū plurib⁹ sequentib⁹.

lijs quorum vnus vtilis est ad seruiendum: alter inutilis: nunquid tantum vtilis succedet cū ꝛ dominus in hoc consentiat? Respon. hec questio est disputabilis ſm corradum quidam tamen dixerunt ꝙ succedet. et quidam non: vt. s. ti. an mu. et al's imperfec. c. nullus.

¶ Insup si filius vasalli dñm offenderit[a] / pater a dño requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino: vel a se filium separet: alioquin feudo priuetur[b]. Si autem pater vult eum deducere vt satisfaciat et filius contemnit: patre mortuo in feudum non succedit[c]: nisi prius satisfecerit domino. pariq; modo vasallus pro omnibus suis domesticis[d] faciat.

¶ Illud quoq; precipimus vt si vasallus de feudo suo alium vasallū[e] habuerit: ꝛ vasall' vasalli dominū domini sui offenderit (nisi pro seruitio alterius domini sui hoc fecerit quem sine fraude ante habuerit) feudo suo priuetur[f]: et ad dominum suum a quo ipse tenebat reuertatur: nisi requisitus[g] ab eo paratus fuerit satisfacere maiori dño quē offenderit. ꝛ nisi vasallus ideq; dñs a dño suo requisitus eum qui maiorem dominum offenderit requirat vt satisfaciat / suum feudum amittit.

¶ Preterea si iter duos[h] vasallos de feudo sit ꝯtrouersia / dñi sit cognitio[i] ꝛ p eū cōtrouersia termiet. si ꝟo iter dñz ꝛ vasallū lis oriat: p pares[k] curie a dño sub fidelitatꝫ debito cōiuratos

a ¶ Dominū offenderit. quid si vasallus feloniā cōmisit ante inuestituram vel post. sed cum inficiatur eā feloniā vel pater vel heredes eius: nunquid obstat delictū? Rñ. nō. ar. ff. de dolo. l. ꝛ eleganter. §. penulti. Idē etiā si confiteat̄ ꝙ deuestiri nō potest nisi prius inuestiatur eo ꝙ nō habet ar. ff. de edili. edic. bouem. §. si sub cōditione. ſm co.

b ¶ Priuetur. nūquid propter factū pr̄is filius amittit feudū auitū. Rñ. quidā ita: qr ꝛ auitam hereditatē. ar. ff. ad. l. cor. de fal. si quis patris sui. sed argu. contra. ff. de sena. l. emancipatum. in fi. l. ſm co. Sed dicas ꝙ amittit. vt. s. si vasal. feu. pri. cui defer. ca. j. quid si vasal. habens auitū feudum cōmisit delictū cōtra dominū ex quo poterit ei feudum auferre: sed dominus remisit delictū vasalli. deinde decessit sine liberis vasallus: nunquid repellunt̄ agnati / vt est consuetum cū est feudum ab eo acquisitū? Rñ. immo agnati vt in feudo paterno succedūt. nō vt in nouo. argu. ff. de pecu. peculium. §. si ab ere alieno.

c ¶ Non succedit. quid si vasallus contra dominū offensam cōtraxit nec dominus in vita sua aliq̄d dixit: nunquid post mortē dñi a vasallo potest auferri feudū? Rñ. non potest. quia non debet heres mouere quod defunctus tacuit C. de inoffi. testa. omnimodo. §. j. ꝛ de reuo. do. l. vlti.

heres mouere nō debꝫ qd defūctus tacuit.

d ¶ Domesticis. qui dicantur domestici habes. ff. de iurisdi. om. iudi. qui iurisdi. ꝛ de pe. respiciendum. ꝛ. C. de his qui ad ec. confu. presenti. §. sane. ꝛ de questio. pridem.

e ¶ Aliū vasallū. no. ergo hic ꝙ vasallus pōt habere aliū vasallū de feudo suo. non ergo intellexit imperator iste verbo alienationis prohibere donationē in feudum: ꝛ hoc verū est dū tn̄ sincere ꝛ sine fraude hoc fiat. vt. s. qualiter oli po. feu. alie. c. necessitate. nisi forte velis intelligere ſm eos qui contrariū dicunt: ꝙ hic intelligitur ſm voluntatē dñi.

f ¶ Priuetur. sed hoc quare cū non sit eius vasallus. ar. ff. pro so. nam socij. ꝛ arg. ff. de ver. sig. modestin'. ꝛ de libe. agno. si quis ali. §. si quis a liberti liberto. ſm co.

g ¶ Nisi req̄situs. q̄d si vasallus meus aliū fecerit de eodē feudo ꝛ vltimus vasallus feudū alienauerit. ar. est ꝙ p̄ mo dño. i. michi cōmittat̄. ff. de ser. expor. l. pe. ꝛ. ff. de acq. pos. qui vniuersas. §. s. ꝛ. l. si colonus. ꝛ. l. q̄uis. §. j. ꝛ. l. si id quod. et ita primus habebit laudimiū: quod in quum non videtur propter timorē future amissionis. Sed ar. ꝯtra est hic ſm corradū. sed nunquid vasallū dñs cogere potest vt ei feudū ostendat. ar. est ꝙ sic possit. ff. de actio. emp. ꝛ ven. titi' heres. sꝫ nūq̄d vasallus dñm q̄ ei feudū de camera debet potest cogere vt ei possessiones ex quib' feudum percipere debeat prestet. argumen. est ꝙ possit. C. de donatio. si quis argentum. §. j.

h ¶ Duos. s. q̄ al's sunt vasalli eiusdē dñi de alijs feudis ꝛ feu. de q̄ est qō inter eos ꝑtinet ad eundē dñm et vterq; contendit suū feudū eē. alioq̄n si nō essent al's vasalli sed vterq; diceret se esse vasallū ipsi' de eo feudo vt ēt diuersos inuestitores dicerent se habere de eo: tunc coram iudice vel arbitro cā terminari debebit. vt. s. d pace te. §. si duo. et. §. seq. et. s. de. l. cor. ca. si inter pares. nec vnus alterum poterit inuitū trahere ad iudicium curie vel dominū cū vnū producunt inuestitorem: verū tamē si curia eum vocauerit: tūc non poterit ei' examen declinare. vt. s. tit. an apud iudicē vel curiā dñi q̄stio feudi terminari debeat. c. ex eo qd. s. diximꝰ. et. s. de inuesti. in mari. facta. §. illud. ꝛ ſm hoc. §. iste nō cōtradicit predictis. c. sed potius diuersa sunt q̄ aduersa. ꝛ de hoc dices ſm ꝙ in summa no. Sed quid si dñs non vult cognoscere? Rñ. tūc poterit vasallus eū facere cōpelli a maiori iudice sub q̄ erit. ar. ff. de arbi. l. j. ꝛ. iij. §. j. vel etiā actor poterit alterū cōuenire sub iudice rei. Sed nūq̄d ab initio poterūt ipsi litigātes ire sub alio iudice ꝛ nō sub dño saltem in cōcordia ita ꝙ sententia ab illo iudice lata teneat: vel nūq̄d tenebit snīa tāq; a nō suo iudice lata? Rñ. forte non tenebit qm̄ impator voluit ꝙ dñi eēt cognitio ꝛ determinatio isti' cause: ḡ alijs iudicib' videt̄ p̄hibuisse cognitionē. et vasallis ne ad alios iudices irent. ar. ff. de condi. ꝛ demō. cū ita. sicut ecōtra ar. ff. de iudi. cū p̄tor. ꝛ ar. C. d pac. cōuē. tā sup do. l. fi. ꝛ. ff. de cōpē. qd labeo. si ergo cōtrafecerint / cōtra legē fecerūt. vn̄ nō debet tenere qd factū ē ipo iure. vt. C. de legi. nō dubiū. nā q̄ nō facit qd dꝫ cōtra ius facere itelligit̄. ff. de reg. iur. q̄ nō facit. ꝛ ar. C. d iude. ꝛ celi. celicolarū. in fi. ꝛ dñs in euāgelio. Qui nō est mecū / contra me est. ꝛ alibi. Qui nō seminat mecū [illegible] vel dicas referre vtrum p errorē iuerūt ad aliū iudicē: an scienter. in p̄mo casu nō tenet. in scdo sic prorogādo ei' iurisdōnē. vt. ff. de iudi. l. j. ꝛ. ij. ꝛ. C. de iurisdictione om̄ iudicum. l. ij.

i ¶ Cognitio. sꝫ in q̄ loco stabit ad coḡscēdū? Rñ. vbi ipe statuere voluerit salua hōestate sua. ꝛ vbi maiores ei' mos fuit coḡscere iter pares suos si eos habuerit. ar. ad hoc. ff de iust. ꝛ iure. l. pe. i fi.

k ¶ Per pares curie. q̄ in ꝯcordia dñi ꝛ vasalli eligent̄. sꝫ si dissenserit [illegible] tūc dñs p̄mꝰ eliget quē vel q̄s voluerit. ꝛ postea vasallus [illegible] faciet ſm numerū a dño cōprobatū. ita tn̄ ꝙ ille vasallus nō eligat̄ p pari inuito dño vel vasal. q̄ fidelitatē dño nō iurauerit. vt. s. de ꝯtro. feu. apd pares ſmi. c. si iter dñz. a [illegible] forte ea rōe q̄ nō dēbet sub debito fidelitatꝫ ꝯiurari a dño sꝫ qd hī itati sedꝫ. ꝛ hec ꝟa si dñs hꝫ pares ſm ꝙ d'r. s. pred. c. si

inter dñm. Si aūt nō habet pares: tūc iudicis illius q̄ conuenitur vel eius in cuius foro res est / erit cognitio: cum actor debeat sequi forū rei. C. de iuris. om. iu. l. ij. et C. vbi in rem actio ex. debe. l. fi. Sed q̄d si dñs nō vult rn̄dere cū cōuenitur a vasallo vel vasallus a dño? Rn̄. tūc ꝓcedēdū est ſm qd̄ dr. s. de milite vasal. q̄ cōtu. ē c. dñs vocat militē. Cōsueuit q̄ri in quo loco debeant stare pares ad cognoscēdū iter dñz et vasallum. ad qd̄ ita rn̄deri pōt vt in eo loco stare debeant de quo actum fuerit iter dñz et vasallū. si aūt nō appareat de q̄ actum sit: tūc stabit in eo loco in quo factuz fuit cōpromissuz a parib9. et tūc poterunt pares iubere partib9 vt debeāt venire corā eis in quacūqz pte voluerint illi9 loci: dum tñ facile ptes i eo loco venire possint nec sit locus inhonestus puta popina vel lupanariū. et hoc ad exēplum arbitri. vt. ff. de arbi. si cum dies. §. si arbit. sz si pares ñ possent cōcordare de loco: tunc forte dñs poterit iubere eos adesse vbi voluerit salua honestate sua: vt. s. notatū est. et hoc ideo qr maior iudex est iter eos: cū ab initio debeat eos coniurare sub debito fidelitatz: vt dictuz est. si aūt nō est locus cōphensus in quo iudicare debeant: tunc videat ille loc9 ꝯphēsus q̄ solet iudicari sine incōmodo litigantium. ar. ad hoc. ff. de iudi. si locus. Uel forte posset dici q̄ semper est dñi electio vbi voluerit causam ventilari: sicut et als hz pmo electionē pariū vt dictū est. et ad hoc est arg. s. de mili. qui cōtu. est. cū ibi dicatur q̄ pares debeant dominū adire: et eum salua reuerentia cōpetenter cogere ꝛc. Uel dicas q̄ dñs pmo eliget vnū locum in quo primo cā icipiat: et vasallus eliget aliū si voluerit: in quo vicissim vētilabit causa p terminos statutos p ordinē. s. semel in vno et post in alio: sicut als dñs habet primo electionē parium vt dictum est: postea vasallus: vt causa equa lance trutinetur. nec mirum cum dñs debeat reddere vicem vasallo de his que vasal. tenetur dño prestare. vt. s. de for. fide. in fi.

a ¶ Terminet. et hec vera sunt que dicunt in. §. isto quando q̄stio est de feudo inter do. et vas. vel inter duos vasallos. q̄d ꝗ si inter dñm et aliū q̄ nō sit vasal. de feu. q̄stio est. vel inter vas. et aliū? Rn̄. tunc sub alio iudice sub cuius iurisdic. erunt vel saltē reus īminari debebit. vt. s. de pace te. §. si duo et. §. fi. et. §. j. et. s. de le. cor. c. si inter pares. cū ei iste casus nō sit cōsuetudinibus cōphēsus: merito lege scpta vti sine calūnia possumus. vt. s. de cog. feu. c. j. vn̄ dicendū est q̄ actor sequatur forum rei.

b ¶ Sacramēto. iurat ergo vasallus domino fidelitatem: et econuerso ita dñs vasallo vicē reddere dz. vt in decre. xxij. q. vi. de for. fidelita. i fi. et. xxij. q. v. ꝓdest. in medio. vbi dicitur sicut dilectionē iussi sunt terrētibus dare qui timent ꝛc. Accur.

c ¶ Excipiatur. nunquid seipsum debebit excipe cū iurat fidelitatē cōtra omnem hominem? Respon. non quia non est in illa vniuersitate. nā ḡnalis in generali sermo locutione nō intelligitur ꝑsonam persona loquētis loquentis non comprehendit. argu. ff. cōmu. predio. quicquid.

terminetur[a]. Illud quoqz sancimus vt in omni sacramento[b] fidelitatis imperator nominatim excipiatur[c].

¶ Que sint regalie.

Regalie[d] armādie / vie publice / flumina nauigabilia et ex quibus fiūt nauigabilia / portus / ripatica / vectigalia que vulgo dicuntur thelonea / monete / mulctaꝝ penarumqz compendia / bona vacantia / et que vt ab indignis legibus auferuntur: nisi que specialiter quibusdam conceduntur: et bona contrahentium incestas nuptias: cōdēnatoꝝ et proscriptoꝝ / ſm q̄ in nouis constitutionibus cauet: angariarnz[e] / perangariarū / et plaustroꝝz / et nauiū prestationes et extraordinaria collatio ad felicissimaz regalis numinis expeditionem potestas constituendorum magistratuum ad iustitiam expediendam: argentarie et palacia in ciuitatibus consuetis: piscationum redditus et salinarum / et bona committentium crimen maiestatis: et dimidium thesauri in loco cesaris inuenti nō data opera / vel loco religioso: si data opera / totū ad eum pertineat.

¶ Quot testes sunt necessarij ad ꝓbādū feudi igratitudinē.

¶ Ad probādum ingratitudine delicti quinqz testes requiruntur idonee opinionis integre et manifeste probantes. b. v.

Imperator Hen. aug. vniuerso populo ꝛc.

Si vasallus[e] in honestis factis atqz indecentibus machinationibus dominū suū offenderit: insidijsqz eū clandestinis vel manifestis appetiuit: vel inimicis eius suas amicitias copulauerit: atqz in alijs sic versatus est vt potius inimicus q̄ fidelis esse credatur. vel si cum cucurbitauerit / seu i campestri bello suum dominū reliquerit / feudo priuabitur. quod non obtinere sancimus nisi quinqz testibus summe atqz integre opinionis probatum fuerit manifeste. Datuz. viij. ydus augusti feliciter.

¶ De notis feudorum.

Notādū ē in feudo qd̄ de cauena seu camera dicitur non debere dari nisi cum sit in camera vel cauena vnde solui possit: vel si ita euacuata sit cauena sine culpa promissoris: expectandum est donec interim de cauena vel de came-

¶ Que sint regalie.

Regalie. sub. sunt armandie.

e ¶ Angariaꝝ. angarie sunt ꝑsonales ꝓstatiōes ꝑangarie ex q̄b9 ꝓstant pecunie et ope: et colligit obscure. ff. de mu. et ho. l. munerū. §. pmontorū.

¶ Quot testes sunt necessarij ꝛc.

Si vasall9. hec. l. in paucis ꝯsuetudinib9 iuenit et ideo super eā dubito sit lex vel nō. vn̄ circa eā non insisto

salinariū
grego. in. c.
q. 29. por
...bo often
... 14
... verbo. sign

ra dari possit: dñz aũt feudi dare posse intelligit
oĩ ere alieno deducto: nõ ei equũ est quẽ videre
egẽtẽ quã pri⁹ habuit in ꝯiugẽ vel amicũ. ꝙ aũt
pares tñ debeant interesse inuestiture feudi et
nõ alij: hoc tũc verũ ẽ cũ dñs vasallos alios ha
buerit. Alioqñ adhibeat dñs q̊s meliores poterit
liberos tñ: argumẽtatiõe legis de vltimis vo
lũtatib⁹ in lõbarda: scz illa q̄ dicit si q̊s donatio
nẽ facere voluerit de suis reb⁹ alicui vel inuestitur
ã: adhibeat sibi de pagẽsib⁹ suis et ꝑ eãdem
legẽ viuãt duos testes idoneos vel tres vel plu
res: pluralis eñ locutio duorũ nũero cõtẽta est.
¶ Itẽ sciendũ est nõ eẽ ĩpedimẽtũ inuestiture
et si inuestiturã faciat de re quã cõem dñs ha
beat cũ aliq̊: qꝛ si spõte diuidere voluerit ille cũ
quo hz rẽ cõem q̇ inuestiuit: põt cogere ꝑ iudicẽ
ille q̇ inuestit⁹ est vt diuidat. Itẽ heredes ei⁹ ne
cesse hñt tenere firmã inuestiturã quã pater fe
cit. Itẽ eadẽ lege et eodẽ iure dz habere rẽ iste
q̇ inuestit⁹ est quã haberet q̇ eũ inuestiuit cum
coherede suo: scz vt adequatio ꝑcurrat vsqz ad
xl. annos. Itẽ inuestitura ꝑ se ꝛ ꝑ suũ nunciũ da
ri et accipi põt: que oĩa supꝛadicta colligi pñt ꝑ
supꝛadictas leges longobar. titulo de vltimis
voluntatibus. l. si q̊s. ꝛ. C. cõi diui. l. j. et. ij. Idcir
co pares necessarij sunt in instrumento inuestitu
re ꝛ nõ alij: ne q̇d excogitet̃ falsitatis in perniciẽ
dñi/ alijs testib⁹ inductꝫ coꝛruptis foꝛte pecunia
vel odio/ vel gratia: q̄ nõ sunt suspicãda in pari
bus. ¶ Si instrm̃ diceret̃ falsum a dño. daret̃ de
fensio vasallo q̇ instrm̃ ad se deferret. vt in lom
bar. qualiter quis se defen. de. l. de chartis. ꝛ au
feret̃ dño q̇ veritatẽ nouerit: ꝛ iniquũ erit si aliq̊s
ex dono suo cũ dñi est defensio ex oꝛdine cũ va
sal. nõ possideat. ¶ Notãdũ est ꝙ de oĩ ꝯtrouer
sia q̄ inter dñm et vasallũ oꝛit̃ si pares veritatẽ
nouerint oĩno cogi a dño debere: et paribus dice
re veritatẽ: qui si dicant se nescire cũ sciant: ꝛ va
sallus postulet/ dñs eos coget iurare/ et veritatẽ
dicere. vt. C. de testi. l. si qñ. et in lõbar. vt iudex
vn⁹ ꝛc. et in titu. qualiter quis se defen. de. l. si q̄li
tercũqz cã. et ti. de testi. vt quicũqz. et. l. vlti. cum
dat̃ dño defensio de inuestitura q̄ dicit̃ eẽ facta:
iurare dz se inuestiturã nõ fecisse. cũ ꝓo dat̃ suc
cessoꝛi eius: iurare dz se non credere inuestiturã
factã esse ab antecessoꝛe suo. ¶ Si qua inuestitu
ra facta dicet̃: semꝑ dz noĩare dñm a quo inuesti
tura facta dicit̃: cũ multũ discrepet sacramentũ
hr̃ditariũ a pꝛincipali sacr̃o. C. de re. cre. et iure
iur. l. iij. ꝛ. l. gñaliter. ꝛ vt habes de tutoꝛe q̇ iurat
ꝙ credit ꝛ estimat. vt. C. de iura. calũ. l. ij. de cõ
sciẽtia eñ sua iurare dz et nõ de alieno facto: cũ
iniquũ sit aliquẽ iurare de alieno facto: heres vl̃
successoꝛ nec etiam filius. vt. ff. re. amota. l. mar
cellus. sz cõtrariũ reperit̃ in lõbar. qꝛ lz filius mi
noꝛẽ virtutẽ habeat qꝫ pater: tñ dz ꝑcise iurare
patrẽ suũ non fuisse debitoꝛẽ. vt in lõbar. quali
ter q̊s se defendere debet. l. si contigerit.

¶ De statutis ꝛ ꝯsuetudinib⁹ ꝯ libertates eccl̃e
editꝫ: et ĩmunitate locoꝝ religiosoꝛũ vbicꝫ moꝛã
tiũ: et foꝛi ꝑuilegio/ ꝛ gazarꝫ/ ꝛ paterenis ꝛ alijs
hereticis eoꝛũqꝫ successoꝛib⁹: ꝛ nauigijs peregri
nis ꝛ aduenis q̊cũqꝫ locoꝛũ hospitãtib⁹/ eoꝛũqꝫ
successoꝛib⁹: et de agricolarũ securitatib⁹. Con
stitutiões Federici secũdi imꝑatoꝛis incipiunt.

Federicus dei gratia romanoꝛũ imperatoꝛ et
semper augustus: marchionibus/ comitibus/ cũ
ctisqꝫ populis quos clementie nostre regit impe
rium Salutem et gratiam.

In die q̄ de manu sacratissimi
pr̃is nr̃i summi põtificis rece
pim⁹ ĩperij diadema: curaui
mus ad dei et ecclesie sue ho
noꝛẽ edere quasdã leges q̄s
in pñti pagina iussim⁹ anno
tari/ ꝑ totũ nostrũ ĩperiũ pu
blicãdas: ꝑ imperialia vobis scripta ꝑcipiendo
mãdam⁹ q̄ten⁹ eas q̇sqꝫ l̃ras in suo districtu ir
refragabiliter et incõcusse ſuet. et sunt he leges.

Ad decus et honoꝛem imperij et laudẽ ro
mani pꝛincipis/ nichil omnino magis vi
detur accedere qꝫ vt expurgatis quibusdã erro
ribus et iniquis quoꝛundã statutis penit⁹ desti
tutis/ decetero eccl̃ia dei plena quiete vigeat: et
secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelꝫ
quoꝛũdã et iniustoꝛũ iniq̇tas abũdauit: vt nõ du
bitent ꝯtra apostolicã disciplinã ꝛ sacros cano
nes instituta sua coꝛrigere. cõtra ergo eccl̃iasti
cas ꝑsonas ꝛ eccl̃ie libertatem cum dispositiõe
diuina fauente nichil velit ecclesia (que nichil de
bet pꝛeter bonũ appetere) qd̃ nobis eodẽ cõcur
su et eadem nũc placeat voluntate.

Nos federicus romanoꝛũ imperatoꝛ ꝛ sp
augustus hac edictali lege irritam⁹ et ir
rita nũciamus oĩa statuta ꝛ ꝯsuetudines que ci
uitates/ vel loca/ potestates/ ꝯsules/ vel quecũqꝫ
alie persone contra libertatẽ ecclesie vel ecclesia
sticas personas edere vel seruare aduersus ca
nonicas vel imperiales sanctiões ꝑsumpserint
et ea de capitularibus suis mãdam⁹ infra duos
mẽses post hui⁹ publicationẽ edicti penit⁹ abo
leri. et si decetero similia attentauerint: ipso iure
decernimus esse nulla/ ꝛ eos sua iurisditione pri
uatos: supioꝛi ptin⁹ applicanda. necnõ locũ vbi
deinceps talia ꝑsumpta fuerint bãno mille mar
charũ ꝑcipim⁹ subiacere. ptãtes ꝓo/ cõsules/ re

ctores/statutarij/et scriptores dictorū statutoꝝ
necnō ꝛ cōsiliarij locorū ipoꝝ q̄ ſm statuta vł cō
suetudines mēoratas iudicauerint:sīt extūc ipo
iure infames/q̄rū sñias et actꝰ alios illegitimos
p̄cipimꝰ aliq̄tenꝰ nō tenere. Et si ꝑ annū huius
nr̄e ꝯstōnis inuēti fuerint cōtēptores:bona eorū
ꝑ totū nr̄m iperiū mādamꝰ ipune ab oībꝰ occu=
pari/saluis nichilominꝰ alijs penis ꝯ̄ tales in ge
nerali cōcilio ꝓmulgatꝫ. ¶ Itē nulla cōitas vel
ꝑsona publica vel priuatā collectas siue exactio
nes angarias vel perangarias ecclijs vel alijs
pijs locꝫ aut eccl'asticis ꝑsonis iponere aut inua
dere bona eccl'astica p̄sumat. qđ si fecerint ꝛ re
quisiti ab eccl'ia vel ab iperio emēdare cōtēpse=
rint triplū refundāt:et nichilominꝰ bāno iperia
li subiaceāt:qđ absq̄ satisfactiōe debita nullate
nus remittaꝫ. Itē q̄cūq̄ cōitas vel ꝑsona ꝑ an=
nū in excōicatiōe facta ꝓpter libertatē eccl'ie ꝑ=
stiterit:ipso iure iperiali banno subiaceat: a quo
nullatenꝰ extrahaꝫ nisi priꝰ ab eccl'ia absolutus
fuerit. ¶ Itē statuimꝰ vt nullꝰ eccl'asticā ꝑsonā
in criminali q̄ōne vel ciuili trahere ad iudiciū se
culare p̄sumat/ꝯ̄ ꝯstōnes imꝑiales ꝛ canonicas
sanctiones. qđ si fecerit actor a iure suo cadat:ꝛ
iudicatum nō teneat:et iudex sit extunc iudicādi
ꝑtāte ꝓuatꝰ. statuimꝰ em̄ vt si q̄s clericis vel ꝑso
nis eccl'asticis iusticiā denegare p̄sumpserit:ter
tio req̄sitꝰ suā iurisditionē amittat. ¶ Gazaros
paterenos leonistas speronistas arnaldistas cir
cūcisos et oēs hereticos vtriusq̄ sexꝰ q̄cūq̄ no
mine censeanꝫ ꝑpetua dānamꝰ infamia:diffida=
mus atq̄ bannimus:p̄cipiētes vt bona taliū cō
fiscentur:nec ad eos vlterius reuertanꝫ:ita ꝙ fi=
lij ad successiōes eorū ꝑuenire non possint : cum
lōge grauius sit eternā q̄ꝫ tpalē offendere maie
statē. Qui autē inuenti fuerit sola suspitione no=
tabiles(nisi ad mandatū eccl'ie iuxta considera
tionē suspitionis ac qualitatē persone propriam
innocētiā ꝯgrua purgatione mōstrauerint) tāq̄ꝫ
infames et bāniti ab oībus habeanꝫ: ita ꝙ si sic
ꝑ annū māserint/extunc eos sicut hereticos con=
dēnamus. ¶ Statuimus etiā hoc edicto in ꝑpe
tuū valituro vt ꝑtātes ꝯsules seu rectores q̄bus=
cūq̄ funganꝫ officijs ꝓ defensione fidei prestent
publice iuramētū:ꝙ de terris sue iurisditiōi sub=
iectis vniuersos hereticos ab eccl'ia denotatos
bona fide ꝓ viribꝰ exterminare studebunt:ita ꝙ
ammodo q̄ñcūq̄ fuerit q̄s in potestatē siue ꝑpe
tuā vel temporalē assumptꝰ:hoc teneaꝫ capitu=
lū iuramēto firmare. alioq̄n nec ꝓ potestatibus
nec ꝓ cōsulibꝰ habeanꝫ:ꝛ eorū sñias irritas ex=
tūc decernimꝰ ꝛ inanes. Si ꝟo dñs temporalis
req̄situs et admonitꝰ ab ecclesia terrā suam pur
gare neglexerit ab heretica prauitate:post annū
a tp̄e admonitionis elapsum terrā illiꝰ ipsis ex=
ponimus catholicis occupandā: qui eā extermi
natis hereticis absq̄ vlla ꝯtradictiōe possideāt
et in fidei pietate cōseruēt:saluo iure dñi princi=
palis:dūmodo suꝑ hoc nullū p̄stet obstaculum
nec aliquod aliud ipedimētū apponat. eadē ni=
chilominꝰ lege seruata ꝯtra eos q̄ non habēt do
minos principales. Credētes preterea recepta=
tores/defensores ꝛ fautores h'ticoꝝ bānimus/
firmiter statuētes:vt si postq̄ꝫ quilibet taliū fue=
rit ab ecclesia excōicatione notatꝰ satisfacere cō
tēpserit infra annū/extunc ipso iure sit factus in
famis. nec ad publica officia seu consilia vel ad
eligendū aliquos ad hmōi/neq̄ ad testimonium
admittaꝫ. sit etiā intestabilis vt nec testādi libe=
rā habeat facultatē:nec ad hereditatꝫ successio
nē accedat. Nullus p̄terea ei suꝑ quocūq̄ nego
cio sed ipse alijs respondere cogaꝫ. ꝙ si forte iu=
dex extiterit/eiꝰ sñia nullā habeat firmitatē: nec
cause alique ad eiꝰ audientiā perferanꝫ. si fuerit
aduocatꝰ/eiꝰ patrociniū nullatenus admittaꝫ. si
tabellio:instr̄a ꝑ eum cōfecta nulliꝰ penitus sint
momēti. ¶ Nauigia quocūq̄ locorū ꝑuenerit si
quo casu contingente rupta fuerint vel aliter ad
terrā ꝑuenerint:tā nauigia ipsa q̄ꝫ nauigantium
bona illis integre reseruenꝫ: ad quos spectabāt
anteq̄ꝫ nauigium illđ periculū incurrisset/ subla
ta oīm locorū penitꝰ ꝯsuetudine q̄ huic aduersaꝫ
sanctioni:nisi talia sint nauigia q̄ piraticā exer=
ceant prauitatē:aut sint nobis vel xp̄iano nomi
ni inimica. ¶ Transgressores vero huius nostre
ꝯstitutionis bonorū suorū publicatione mulcten
tur:et si res exegerit eoꝝ audacia iuxta mādatū
nostrū modis alijs cōpescaꝫ. ¶ Oēs peregrini
et aduene libere hospitenꝫ vbi voluerint:et hospi
tati si testari voluerint de rebus suis ordinandi
liberā habeāt facultatē/quorū ordinatio incon=
cussa seruerꝫ. Si q̄ ꝟo intestati decesserint/ad ho
spitē nichil ꝑueniat:sꝫ bona ipsoꝝ ꝑ manꝰ ep̄i lo
ci tradanꝫ h'dibꝰ(si fieri pōt) vel in pias causas
erogētur. hospes vero si aliquid de bonis taliū
ꝯtra hāc ꝯstitutionē nostrā habuerit: triplū ep̄o
restituat/cui visum fuerit assignādū/nō obstante
statuto aliquo seu ꝯsuetudine/ seu priuilegijs q̄
hactenus cōtrariū inducebāt. Si qui autē con=
tra p̄sumpserint/eis de rebus suis testandi inter
dicimus facultatē:vt in eo punianꝫ in quo deli=
querint:al's put culpe q̄litas exegerit puniendi.
¶ Agricultores ꝛ circa rusticitatē occupati dū
villis insident/dū agros colunt/ securi sint qua=
cūq̄ parte terrarū:ita vt nullus inueniaꝫ tam au
dax qui personas vel boues/agrorū instrumēta

aut si quid aliud sit qd ad operã rusticalez ptineat inuadere/ capere aut violẽter auferre presumat. Si quis autẽ hmõi statutũ ausu temerario violare presumpserit: in quadruplum ablata restituat/ infamiam ipso iure incurrat/ impiali aiaduersione nichilominus puniendus.

[N]os vero honori⁹ episcopus seruus seruorum dei has leges a Federico romanorum imperatore filio nostro charissimo p vtilitate omniũ christianorꝝ editas laudamus/ approbamus/ ꝛ cõfirmam⁹ tanꝗ in eternũ valituras. et si quis ausu temerario inimico hũani generis suadẽte quocũꝗ modo has infringere tentauerit: indignationem dei oĩpotentis: et beatorum petri et pauli apostolorum se nouerit incursurum. ¶ Finis.

¶ Extrauagantes cum apparatu siue glosis domini Bar. quas nonnulli. xj. collationem appellant feliciter incipiunt.

¶ Quomodo in lese maiestatis crimine pcedatur[a].

[H]enricus septimus diuina fauente gratia romanorum imperator ꝛ semper augustus.

AD reprimendum[b] multorum[c] facinora qui rupris[d] toti⁹[e] debite[f] fidelitatis habenis[g] aduersus romanũ impiuz. in cui⁹ trãqllitate[h] toti⁹ orbis[i].

a ¶ Quomodo in lese maiestatis crimine procedatur. Ista rubrica est magistraliter posita causa cõmodioris allegationis. et aduertendũ est ꝙ liber autenticorũ diuisus est in nouem collationes. postea superuenit liber feudorum quẽ. x. collationẽ vocamus. postea superuenerũt iste cõstitutiões quas vndecimã collationẽ appello: ipsasꝗ glosare volui ego Bartolus de saxo ferrato ciuis perusin⁹/ vt multa vtilia que in eis sunt omnibus innotescerẽt. ꝛ etiam ad laudem diuine recordatiõis domini henrici imperatoris ipsarum cõstitutionuz auctoris aut illustrissimi domini: dñi Karoli quarti romanoruz imperatoris nunc regnantis. Cui debito fidelitatꝫ astringor. quia me suorum cõsiliariorum ꝛ domesticorũ numero aggregauit ꝛ me: meosꝗ posteros quos legũ doctores esse cõtigerit legitimationis et concessionis venie etatis aliisꝗ priuilegiis ꝛ gratiis decorauit. In nomine igitur dei omnipotẽtis ad laudem et reuerentiam prefati domini imperatoris suiꝗ aui. ꝛ studentium vtilitatez glosaui eas ordine infrascripto. supponens quicquid per me dicetur correctioni cuiuslibet melius sentiẽtis: ꝛ quia textus est breuis: nullus me de glosarum longitudine inculpet. sunt enim multe glose ex quibus hec collatio multum vtilis redditur. Bar.

AD reprimendum. primo ponit causam legis condende. Secundo statutũ generale in ordine pcedendi in crimine lese maiestatis. Tertio statutum speciale in modo procedendi cõtra contumaces. Quarto ponit clausulam derogatoriam. Quinto declarat ad quos casus extendatur. Sexto quo tempore sumat vigorem.

c ¶ Multorũ. sꝫ cũ multis crassantibus iudici a lege antiqua concedatur arbitrium vt possit penas augere. vt. ff. de pe. l. aut facta. §. fi. et no. ff. de infa. l. quid ergo. §. pena grauior. ideo hoc casu hec lex necessaria non videtur. Sol. antiqua iura dabant arbitrium iudici imponẽdi penam maiorem maleficio liquidato. hec de nouo statuit circa modũ liquidandi dans potestatem. et hec scilicet multitudo delinquentium est causa finalis legis condende. vt. j. dicam.

d ¶ Ruptis. determinat verbum conanẽ qd est. j. nec resoluitur in cõditionẽ: qꝛ determinat verbũ presentis vel p̄teriti tẽporis. secus si esset verbũ futuri tẽporis vel respiceret futurũ tẽpus. vt. l. a testatore. ff. de cõdi. ꝛ demõ. ꝛ de vsur. l. euictis. quod tractaui. ff. de condi. ꝛ demon. l. j.

e ¶ Totius fidelitatis. quedã est fidelitas que debeꝫ proximo. s. nõ offendere eum nec ei insidiari. ff. de iusti. ꝛ iure. l. vt vim. nõ autẽ teneꝫ eũ defendere. vt not. ff. de reg. iur. l. culpa caret. Alia est fidelitas q̄ debeꝫ p̄ri quẽ quis etiã teneꝫ defendere vbo: qꝛ debet p̄ri indicare q̄ cognoscit cõtra eum. vt. ff. ad. l. pomp. de parri. l. j. in fi. ꝛ. l. seq. debet etiã ei reuerentiã. vt in tit. de obsequiis. nõ aũt repio ꝙ q̄s teneaꝫ patrẽ defẽdere facto. s. opponendo se / vel simili mõ. Tertia est fidelitas maior q̄ q̄s teneꝫ dño suo quẽ ñ solũ teneꝫ nõ offẽdere: sed indicare vbo et defendere facto. vt. x. col. de for. fideli. c. j. et de no. fi. for. ca. j. istã debet quis p̄ncipi scꝫ nõ offẽdere: ꝛ si sciuerit indicare. qd pꝫ qꝛ ꝯscij ẽt teneꝫ. vt. C. ad. l. iul. maies. q̄sq̄s. l fi. teneꝫ defẽdeꝫ eũ. ff. de re mili. l. oẽ delictũ. §. fi. vbi ergo b dꝛ toti⁹. qꝛ tota fidelitas debetur p̄ncipi. ẽ eñ de⁹ i terris. C. de sacrosã. eccle. iubemus nullã nauẽ. ꝛ ibi no. ꝛ de eo scptũ est. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo ꝛ ex tota aĩa tua: ꝛ ex oĩb⁹ virib⁹ tuis

f ¶ Debite. iure diuino ꝛ humano. vt. j. dicetur.

g ¶ Habenis. sicut eniz p habenas equus recte ducitur. ita p fidelitatẽ duciꝫ subdit⁹ a dño: q̄ fidelitas hꝫ duas habenas. s. in faciẽdo q̄ fieri dñt. ꝛ i nõ faciẽdo q̄ fieri nõ dñt vt mõ dixi. q̄ duo precepta sunt due habene p q̄s hõ subditus ita duciꝫ sicut equ⁹ ꝛ alia aĩalia ducũꝫ p habenas: ꝛ ita p ista duo p̄cepta hõ duciꝫ ꝛ pacificus fit sicut equ⁹ p habenas q̄s timet: ꝛ fuerũt hec duo precepta facta p̄mis duobus parẽtibus sup quibus pendent leges ꝛ pphete: ꝛ sup q̄bus totũ vtriusꝗ iuris corpus fundatum est. vt not. ff. de iusti. ꝛ iure. l. j. ꝛ ideo bñ dicit habenis.

h ¶ In trãqllitate. hoc pꝫ. nã cũ imperiũ fuit i statu ꝛ trãquillitate tot⁹ mũd⁹ fuit i pace ꝛ trãqllitate: vt tpe Octauiani augusti. cũ autẽ imperiũ fuit pstratũ insurrexit dira tyrannis. ꝛ hec fuit huius opusculi cã finalis.

i ¶ Totius orbis. cõtra. qꝛ maior ps mundi non obedit principi. So. illud de facto sed de iure sec⁹. sic ħemus de Daniele. ix. c. vbi de Nabuchodonosor q̄ erat vniuersalis impator sic ait. Tu rex regũ es. de⁹ celi regnũ fortitudinẽ glãz ꝛ ipiũ dedit tibi. ꝛ oĩa i q̄b⁹ habitarent filij hominũ: bestias agri ꝛ volucres celi dedit in manu tua. et sub ditiõe tua vniuersa cõstituit. ꝛ intelligẽdũ est de iure. qꝛ de facto nõ obediuerũt sibi oĩa. vt legitur in cronicis. vt i. d. c. p gl. Itẽ. j. qꝛ i terrꝫ eccl̄e nullã hꝫ iurisdõnẽ vt i c. pastoral. ex̄ de reiudi. i cle. So. eccl̄ia hꝫ ex donatiõe p̄ncipis etiã ei⁹ q̄ hãc legẽ cõdidit. vt in. c. j. ex̄ de iureiuran. in cle. vñ ipe p̄nceps hꝫ re videꝫ. vt in. l. j. §. oĩa el. C. d vete.

Fidelitas triplex.

Filius qualiter patrẽ defẽdere teneatur.

Imp. totu d[illegible] iure totus n[illegible] dus s[illegible] est: lic[illegible] de fac[illegible] secus.

is.enu. vel licet alicuius particule dominiũ nõ sit suum:ta mẽ verũ est qd hic dr. sicut dicitur dominus gregis etiam si vnũ pecus nõ sit suũ. vt. ff. de rei ven. l. ij. et iij. et per hoc patet q imperator recte dicit dñs mundi. s. vniuersalis. li cet singulares sint domini prediorum suorum: vnde a pos sessore ipse posset vendicare mundũ vt. l. bene a zenõe C. de quadri. pre scri. et. ff. ad. l. rho. de iac. l. deprecatio. nec est opus q di camus q oia sint

Imperator est vniuersalis dominus totius mundi.

regularitas requiescit: hostili animo[a] armati conãtur nedum humana: verumetiam diuina precepta (quibus iubetur q oms aia romanorũ principi sit subiecta[b]) sceleratissimis facinoribus[c] et assiduis rebellionib[d] demoliri: ne ex eorum absentia[e] in de

sua quo ad protectionẽ &c. vt no. in constitutione. ff. in prin. quia immo vere oia sunt ipsius: si vniuersaliter considere tur. Uel tertio inherẽdo opinioni sancte ecclesie: primo fuit imperium babylonis. secundo fuit imperium persarum et medorum. tertio fuit imperium grecorum. quarto fuit im perium romanorum. vltimo adueniente Christo istud ro manum imperium cepit esse Christi imperiũ: et ideo apud Christi vicarium est vterq gladius. s. spiritualis et tempo ralis. Christus enĩ est lapis abscissus sine manibus. cuius regnum nõ dissipabitur. de quo prophetauit Daniel in di cto. c. ix. vbi hec omnia imperia describuntur expresse. Dic ergo q ante Christum imperium romanum dependebat ab eo solo. et imperator recte dicebatur q dñs mundi est: et q oia eius sunt. post Christũ vero omne imperiũ est apud Christũ et eius vicariũ. et trãsfertur per papã in principem secularem. vt extra de elec. c. venerabilium. vnde si dicim omnia sunt imperij romani quia tũc Christi: verũ est si re feramus ad personã Christi. si vero referamus ad psonam imperatoris secularis: nõ proprie dicitur q omia sunt sua vel sub sua iurisditione: quia non terre ecclesie. illas enim sibi reseruat papa in quo principaliter est imperiũ. in hac ergo constitutione si se retulit ad imperium: vel si se retulit ad personam suam locutus est caute. non enim dicit q to tius orbis iurisditio sit sua. sed q totius orbis regularitas in eo requiescit. nam et terras ecclesie ipse habet certo mo do regulare. scilicet defendendo eas et seruãdo in deuotio ne ecclesie. vt iurauit in. c. j. extra de iureiuran. in cle. et hoc pro nunc transitorie dico. qñ opus per se requirit que dico quare sic credo tenere ecclesiã/sic credo imperatorẽ sentire et si male hoc vel aliud intelligerẽ: sum paratus corrigere.

a ¶ hostili animo. id est nil debentis subiectionis et re uerentie sm hugo.

b ¶ Subiecta. ad romanos. xiij. c. sed ibi non dicit romano rum principi/sed potestatibus sublimioribus. Sed de illo intelligendum est sub quo Christus voluit nasci et crucifi gi. hoc imperium ecclesia approbat &c.

c ¶ Facinoribus. id est cõspirationibus in mala parte. vt not. ff. de publi. l. quante. et facit. C. ad legem iul. maiesta. l. quisquis. in principio.

d ¶ Rebellionis. quid sit dicitur. j. proxi.

e ¶ Absentia. hucusq posuit causam impulsiuã. i. vnam causam finalẽ seu rõnẽ legis cõdẽde: nũc ponit aliã hoc mõ Primo quõ tpe facte legis multi conabant contra impera torẽ. et hec fuit cã impulsiua legis nõ finalis. qd patet: quia cũ lex ista sit vniuersalis et ppetua cũ et futura facta respi cit: illa facta pñtia vel futura: nõ sunt eius cuius causa fi nalis. tẽdit enĩ ad aliũ finẽ. sic. ff. de postu. l. j. §. sextum. et in aut. de nõ ali. in pñ. col. ij. et in oib. ll. relatis ad singulas p sonas. q tñ vniuersalit intelligunt. vt in. j. psti. C. i fi. et. ff. de le gi. l. nõ singulis. et iõ si ista cã cessaret: qr nõ eent multi sed pauci sic delinquentes: nõ cessarent leges. vt in. d. §. sextũ. et

ptz ex hac lege q loqt et qñ p vnũ procedit et qcũq casu sub crimine lese maiestatis. et si in aliq lege vniuersali vel cõi vl municipali poneret aliqua cã ipulsiua: nõ posset opponi q illa cã nõ sit pa: qr nõ nocet. vt. C. de fal. cã adiec. l. j. et de cõ di. et demon. l. cum tale. §. falsam. et ptz ex pdictis. sec si prin ceps aliqd pticu lariter rescriberet qr tũc factũ vnicũ sup q scribit possz eẽ cã finalis rescri pti. vt. C. si p ius vl vti. pu. l. prescri ptione. et de diuer. rescrip. p totũ. idẽ si ciuitas vel ordo decurionũ aliqd spe cialiter ordinaret sup quodã facto nõ vero: esset enĩ decre tũ ambitiosum. vt. ff. de decre. ab or. fa. l. ambiciosa. Posuit enĩ vnã causam finalẽ imperator seu rationẽ legis cõdẽde dũ dixit ad reprimẽdũ multorum facinora. Ista enĩ nota vni uersalis ppetua et futura respicit. et est finis ad quẽ tendit imperator. et hoc apparet ex natura gerũdij que est vt cum ponit in actõ significat causam finalem. ff. de dolo. l. j. §. j. in diffinitione doli. et de tutelis. l. j. in diffinitiõe tutele. et. ff. ad exhi. l. iij. §. j. licet qñq significat modũ. l. qbus diebus. §. j. ff. de pdi. et demõ. sed certe ille modus nõ est cã finalis ibi: sz modus appellat qñ ptinet onus explicãdũ ab eo ad quẽ refert: vt ibi dixi. idẽ si ponat in casu gtõ cũ hac dictiõe cau sa: vel cũ hac dictione animo. vt. ff. ad. l. cor. de sic. l. j. in pñ. et in. §. j. et. ij. et. C. eo. l. is qui cũ telo. nũc autẽ imperator po nit duas alias causas finales. s. ne pcessus vel snia retar det. Itẽ ne talia maleficia remaneãt impunita: sed cũ in. l. sint plures cause finales an requirat q oẽs cõcurrãt. glo. extra de rescrip. c. ij. aut quelibet causa per se est sufficiens ad producẽdũ effectũ et sufficeret vna: et tũc cõiuncta ponit pro disiuncta. vt. l. sepe. ff. de ver. si. als requiritur cõcursus oim. qd verũ est qñ in. l. ponunt plures cause: hoc est plura facta ex qbus debet sequi iuris effectus. tũc enĩ de facili co gnoscit an qdlibet factũ de per se sit sufficiẽs ad pductio nẽ effectus iuris: cũ ius certũ sit. vt. l. ij. ff. de iur. et fac. igno. Sz qñcũq in lege ponunt plures cause hoc est plures fina les effectus q ex lege seq sperant. vt in. l. ista. et tũc an oẽs reqrant est dubiũ. sed qñ illi effectus sunt separati et distin cti sufficit alterã ex illis causis adesse. vt insti. de nup. §. affi nitatis. et no. ff. de his q no. infa. l. libertorum. §. j. et de pui. cre. si ventri. §. in bonis. Sed si ille plures cause et plures effe ctus tendũt ad idẽ: et tũc si vna causa ponit vt ratio: alia vt ratio rationis. vel vna ponit tanq maior: altera vt minor ad pbandũ idẽ: tũc vtraq requirit. ff. solu. matrimonio. l. j. et de peti. heredi. l. sed et si lege. §. itẽ si rẽ. et hoc apparet hic: nam prima ratio seu causa finalis est maior propositio. alie due quelibet per se facit minorem: hoc modo dicit impera tor. Nos intendimus ad reprimendum multorum facino ra &c. sed ista reprimuntur si sententia et processus non re tardentur. ideo statuit q procedi possit contra absentes. Alio modo coniungitur et cum secunda causa. Tertia est si coniungitur cum prima intendimus ad reprimendum talia facinora. Sed ista reprimentur si non manebunt im punita. ideo statuit q possit procedi summarie et de pla no vt ei videbitur. et sic facilius inueniatur. Prima ergo causa generalis est: et respicit vnum effectum cum quali bet earum. et ille respiciunt separatos effectus: vna ne re tardetur. alia ne punitio extinguatur: et habet locum siue procedatur contra absentem: siue contra presentem. vt. j. patebit: et non extenditur hec lex ad alium casum ex idẽ titate rationis: quia contra ius commune est. vt. l. quod

Cãm finalẽ denotat gerũdiũ positum cũ actõ.

cōtra.ff.de legi. vnde non tollit̄ nisi quatenus exprimit̄.C.
de appel.l.p̄cipim⁹.in fi.regularit̄ em̄ ois causa req̄rit ple-
nā cognitionē.vt.C.de iudi.l.iudices.⁊ regulariter in cau-
sis capitalibus nō pōt absens cōdēnari.colligit̄ aūt rō.l.di
uersimode.nā q̄dā sunt.ll.declaratiue ⁊ rō illarū est regu-
la iuris precedētꝫ
vt pꝫ fere p oēs.ll.
iuriscōsultorū. ma
xime in.d.§.itēꝫ si
rē.⁊.ff.de ver.ob.l.
stiplatio ista.§.al-
teri.et q̄si p oēs.et
illa ꝓprie dr ratio.
Quedā sunt leges
mere positiue : q̄a
ad illud nulla ratio iuris antiqui vigebat:⁊ tūc ratio ex ip
sa.l.sumitur:vel eius prefatione si in ipsa exprimat̄:vt hic
⁊.ff.de here.insti.l.fi.⁊ ad mace.l.j.⁊ ista proprius appella
tur causa finalis q̄ꝫ ratio legis.vt.l.cū pater.§.dulcissimis.
ff.de leg.ij.⁊ de condi.⁊ demō.l.illis libertis. ⁊ de iure pa.
adigere.§.q̄uis. finalis ergo intentio legis est ratio:qua
potest tute accedi. vt extra de iudi. c. ij. in clemen. que limitatio secunda fuit multum equa: vt ibi patet. sic puto iudices in foro nostro debere practicare. nam isti tres modi citandi permittūtur alternatiue: ꝛ sic iudicis arbitrio. sed ī his debet seruare equitatem. vt in aut. iusiuran. quod presta. ab his. §. i. col. ij. et p Inno. extra de ꝯsti. c. fina. glosa notabilis et archidya. de consti. libro. vj. Si ergo potest per nuncium citare vel epistolā vel litteras: non est equū ꝙ citet per edicta. et si faceret grauaret partem. et ideo per iudicem appellationis posset infringi processus. hoc autem scilicet quem impedire ne ad eum citatio perueniat: vel non posse accedi tute: sepe accidit. s. quando citatur aliqua ciuitas: vel dominus: aut multi ciues vnius ciuitatis. arg. extra de rescrip. c. statutum. §. cum vero eiusdem. libro. vj. Item si locus in quo persona est citāda est rebellis. non enim tute mittitur nuncius ad locum inimicorum. vt. l. sciendum. §. si accusatio. ff. de leg. et. l. de etate. ad trebellianū. et. l. iij. ff. ex qui. cau. maio. §. si accu. puto tamen recte fieri anteꝙ hec citatio fiat ꝙ super hoc ad iudicis informationem aliquid cognoscatur. vt. d. l. de etate. sed quis terminus in tali edicto ponetur? Respon. congruus vt possit venire in noticiam citati: vt possit postea ad locum citationis comparere in ciuilibus. vt dicto. c. j. de iudi. in clemen. ne al's edictum contineat impossibile vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. si quis ita. In criminalibus vero datur dilatio longior ſm formam. l. ij. C. de exhiben. re. que tamen dilatio non videtur necessaria in hac lege cum absqꝫ figura iudicij procedatur: cuꝫ illa sit solēnitas iuris ciuilis. vt. s. not. in glo. super verbo figura. Sed qualiter sciet iudex moderare terminum cum ignoret vbi re9 moretur? Respon. tex. est. ff. quemo. ꝛ quan. iud. auf. qui semel. vbi dicit ꝙ iudex presens debet examinare vbi sit re9 sed hoc videtur impossibile ꝙ testes examinati coram iudice hoc dicant scilicet aliquem modo esse florentie. vnde debet sic intelligi vt dicit tex. in auf. de exhiben. re. §. si illud vere. col. v. vbi dicitur ꝙ iudex examinet inquantum possit in quam terram abijsse dicitur: ex eo ergo ꝙ dicitur abijsse apparet ꝙ sufficit sola fama vel vulgi opinio ꝙ in certum locū dicatur abijsse. quod ergo in dicta auf. dicitur vbi sit / id est vbi esse dicitur. et ex eo ꝙ dicitur examinet: poterit intelligi summatim ad sui informationem etiam parte non citata. vt ibi nota. hec est practica vera ꝛ pulchra et est notabilis. Quid si hanc examinationem nō fecerit? certe aliquid de substantialibus videtur omissum vsus tamē ꝛ communis practica hoc non patitur: sed satis est assignare terminum congruentem per distantiam loci vbi est vel vbi habitare consueuit. vbi citare sufficit. vt. l. i §. j. ff. de libe. agno. et. l. iij §. domum. al's pretor. ff. de dam. infec. Quid si infra terminum comparet aliquis et dicit citatum abesse petens sibi terminum prorogari vt citatum inueniat et ei denunciet: an sit audiendus? Respōdetur. iste videtur excusator veniens ad allegandum causas absentie: ideo audiendus est faciendo fidem de absentia. quo facto si petat terminum vt eum inueniat et ei denunciet audiendus est. C. vbi de cri. agi opor. auf. qua in prouincia. Sed quid si talis reuertens dicit se illum diligenter inquisiuisse: et nō potuisse inuenire vbi esset? Rñ. ꝙ pcedet iudex tanꝙ cōtra cōtumacē. nā post illā dilationē audit ille si veniat vel mittat legitime. al's sec9. vt dicta auf. qua in puincia. hic aūt neutrū faciat. Sed an pdictis modis pōt qs citari vbicūqꝫ etiā extra territorium ciuitatis. qō videt. C. de epis. et cle. l. oēs. §. si vero apparitor. et de offi. prefec. vr. l. ij. vbi subditum suū qs citat etiā extra territoriū existentē. In cōtrariū est casus extra de re iudicata. c. pastoralis. vbi declarat ꝙ imperator p se nō pōt citare eum qui est in terris ecclesie: sed debet superiori denunciare vt ei denunciet. Cy. in quadam disputatione dicit ꝙ illud fuit compositum per errorem canonistarū. sed cum illa decretalis fuerit facta in generali cōcilio vbi est copia magna intelligentium. non est verisimile ꝙ in illo capitulo fuerit erratū. vnde temeraria est dicta solutio. vnde dicit Paul9 de leaza. in dicto. c. ꝙ ille qui est iudex alicuius ratione domicilij potest citare illum extra territorium quacunqꝫ citatione. cum talis absens alium isto superiorem non habeat per quem citari possit. et ita loquūtur iura predicta. Si vero loquamur de subiecto ratione delicti vel contractus et sic per accidēs: et tunc talis iudex nō citat extra territorium. vt dicto. c. pastoralis. ꝛ hoc quo ad executionem faciendā in rebus que al's non sunt in territorio citantis: vt extra de foro compe. c. romana §. cōtrahentes. lib. vi. Sed certe primum mēbrum ratione domicilij placet. sed secundum displicet. primo per dictū §. contrahentes. vbi fit citatio extra territoriū etiam quo ad pronunciationem de mittendo in bonis que non sunt in territorio citantis. Secundo quia directo est contra casum huius constitutionis. et ꝙ sic intelliexerit imperator patet: quia citationem factam de rege roberto existente extra territorium asserit legitime factam. et loquitur hic de citatione facta a quocūqꝫ qui preest iurisditioni. idem in causa capitali. et si dices: hoc imperator non potuit: cōcedo in terris ecclesie. Dic ergo ꝙ papa pōt citare quemlibet vbicūqꝫ existentem: qꝛ ipse est vicarius christi cuius est terra et plenitudo eius orbis ꝛc. vt extra de iudi. c. j. in cle. Item per vniuersum imperium officialis qui preest vni prouincie pōt citare homines existentes in qualibet prouincia imperij: qꝛ hoc faciet auctoritate imperatoris. vt. d. l. omnes. §. si vero apparitor. et. d. l. ij. de offi. pfec. vr. ꝛ hic. sed imperator vel alius princeps secularis non pōt citare quē in terris ecclesie: qꝛ etiā illas terras sibi libere reseruauit. vt. d. l. pastoralis. debet ergo scribere superiori illius loci vbi persona citanda moratur / vt notificet sibi: vt ibi. ꝛ. ff. de req. re. l. i. §. i. Sed quid si ille iudex rescribat ꝙ non vult ei notificare. videt ꝙ non imputetur hoc reo: qꝛ per eum non est factū. vt. ff. qō vi aut clam. l. i. sed ſm hoc iudex non pōt expedire processum. ergo dic ꝙ habebitur tanꝙ legitime citatus: licet enim ipse de se non impediuerit citationē fieri: impediuit tamen defensor ei9 scꝫ suus superior: quod sufficit. extra de elec. c. causam. in cle. ibi verum si per appellationē vel suorum ꝛc. Uel dic ꝙ propter eius negligētiā poterit ipse iudex citare per edicta vel nunciū sicut si esset in eius territorio. arg. C. vbi in rē ac. l. ij et de iudi. l. nulli. et quod ibi no. et hoc plus placet michi. Quid si in primo termino citatus comparet et postea se absentauit qualiter citabitur? Respon. aut prima citatio fuit facta simpliciter ꝙ compareat super tali negocio responsurus: ꝛ tunc veniendo satisfecit primo termino. et eadē solennitate est citandus hac secunda citatione sicut in prima. vt dictum est. s. in glo. super verbo / super dicto crimine. aut prima citatio facta fuit magis

publice[a] propositum citata[b] vel citatum[c] neglexerit[d].

extense dicendo ꝙ veniat responsurus super tali negocio ad procedendum in causa predicta vt iuris fuerit vsqꝫ ad finem: ⁊ tunc veniendo non satisfecit termino nisi stet vsqꝫ ad finē: qꝛ tunc est intelligendum vt stet in cōspectu iudicis. iō tunc sufficit citatio per preconē ipsum citando per ciuitatem. ꝙ talis iudex facit citare talem. tūc enim si nō cōparet ꝓcedek in cā. aut eīn erat p̄sens in ciuitate ⁊ nō cōparet: ⁊ talis ꝓclamatio artat eū. l. si eo tp̄e. C. de remis. pig. aut nō erat p̄sens: ⁊ ex eo ꝙ se absentauit a ciuitate erat ꝯtumax ex virtute p̄me citationis: ⁊ ex hoc qꝛ morari debet in ciuitate vbi est curia: lꝫ in quo loco sit incertū sit. Sic etiā admittik citatio ꝑ preconē qñ est incerta ꝑsona q̄ citak. vt dicā. j. nec ob. p̄dictꝫ. C. de bo. auk. iudi. pos. l. ea. et auk. ei q̄. ⁊ in corpore vñ sumik. qꝛ ibi ꝓmisit et iurauit de iudicio sisti magis respectu partis vt ei cōmittak obligatio ad interesse. vt. ff. si quis cau. l. ij. in fi. ꝗꝫ respectu iudicis vt dicatur contumax si ibi nō est. ideo debet solēniter citari facta inquisitione vbi esse dicitur. consulo tamen ad fugiendum predicta ꝙ reo comparēte in primo termino in causis in quibus nō est locus detentioni vt ei dicatur a iudice vt certum locum in ciuitate eligat vbi sit citandus. sicut enim potest eligere domicilium. vt. ff. ad muni. l. domicilium. ⁊. l. nichil. ita potest eligere quo ad certum actum Quidam aūt p̄cipiunt tali sic comparenti: quia est ex longinquo vt singulis diebus et horis quibus redditur ius cōpareat corā eo. Et qꝛ de citatiōe que fit per preconē facta est mentio: quero quando licet per preconē citare? q̄dam dicunt ꝙ citare licet reum non actorem. vt. C. quō et quan. iud. auk. q̄ semel. et ita videk tenere Spec. in titu. de cita. §. sequik. circa p̄n. Sed certe ratio posita in auk. qui semel. s. ꝙ vox p̄conis paucis innotescit: est cōis ad actorem et reum. Unde dictum Specu. potest esse verū in eo casu quo reus potest esse in loco: vt dixi. Dic ergo aut est citanda persona certa qꝛ cōstat de eius interesse: aut ignoratur quis sit ille cuius interest. primo casu ipsa persona citanda est nominatim. ff. de ven. inspi. l. j. §. pe. Sed qualiter: aut est certum vbi sit nec alibi est ex virtute citationis: ⁊ non potest citari per preconē id est vocem preconis vt. d. auk. q̄ semel. aut debet esse in aliquo loco virtute citationis sed ignoratur locus loci: quia nescitur in qua parte sit ciuitatis: et tunc sufficit citatio per preconē. vt. s̄. ostensum est. vt. l. si eo tempe. C. de remis. pig. cū ista citatio nō preiudicet nisi presentibus vt ibi patet: facit quod not. per Inno. ex̄ de maio. ⁊ obe. c. fi. et hoc nisi citāda esset aliqua multitudo. C. de decur. l. ij. lib. x. ⁊ no. per Inno. in. d. c. fiñ. extra de ma. et obe. si vero ignoratur que sit persona cuiꝰ interest citari: ⁊ tunc sufficit citari per preconē. vt. l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. x. et. d. l. si eo tempore.

a ¶ Publice. solā ꝓpositionē requirit. sed de iure canonico debet prius verbo lr̄as legendo in aliquo publico loco citari: postea lr̄e debent affigi publice. s. in foribus maioris ecclesie. vt. c. j. ex̄ de iudi. in cle. hic et circa locum loquitur large ꝙ sufficit publice ꝓponi in loco vbi ius redditur. vel in foro nūdinarū: vel alibi vbi moris est publice fieri preconia. vt in. ij. consti. C. circa fi. ibi edictis ex more propositis. ꝗto tempore edictū stet affixum ibi non exprimitur. vnde erit arbitrio iudicis. vt. ff. de iur. delibe. l. j. sufficit autem in actis scriptum esse ꝙ edictum fuit publice propositum in tali loco: nec est necesse scribi ꝙ tanto tempore stetit: nec etiam presumitur inde sublatum cum hoc facere sit delictum. vt. l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iudi. cautius tamen esset si quis de hoc faceret fieri scripturam. Preconia etiam debent fieri in locis publicis et consuetis vt dicta consti. C. circa fi. et sufficit ꝙ preco referat se preconizasse per ciuitatē in locis publicis et consuetis etiam si non exprimantur loca. nam talia loca consueuerunt esse notoria: et sic expressio non est necessaria. vt. ff. de cōtrahen. emp. l. cum seruo. §. fi. et sic obseruat consuetudo ⁊c.

b ¶ Citata. persona vel ciuitas.

c ¶ Citatum. corpus vel collegiū. sꝫ q̄liter hoc fiat: in citatiōe q̄ fit ꝑ edictū clarū est cū ibi sufficiat ꝓpositio in loco publico vt in p̄cedēti glo. Sed cū fit ꝑ nūciū vel ꝑ epistolā quē citabit nūciꝰ eiꝰ vel cui lr̄as p̄sentabit. Jo. an. extra de ꝯces. p̄ben. c. si capitulū. lib. vj. dicit ꝙ requirat eū qui hꝫ cōuocare tale collegiū ⁊ ꝙ illō cōgreget more solito. ꝙ si se includeret vel impediret ne fieret propositio vel presentatio; perinde est ac si esset facta. quod satis placet. Potest etiam dici ꝙ sicut vnū hominem singularem quis potest citare licet solum caput eius respiciat et non totū corpus. ff. de in ius vo. l. satis. et arg. l. cum in diuersis. ff. de reli. et sump. fu. sic etiam quis vniuersitatem potest citare citando caput eius hoc est illos qui presunt vniuersitati/ ciuitati/ cōitati vel collegio. vt. l. municipibus. ff. de condi. et demon. potest etiam dici ꝙ sicut tutor potest citari in causa pupilli: ita hoc modo rectores i causa vniuersitatis. arg. ff. de pac. l. item magistri. et. l. seq. et de admini. tuto. l. j. §. sufficit. Sed tu dices: illud verum est quando commissio fieret de citando tutorem. sed si fieret de citando pupillum an sufficiat citare tutorem/ posset dubitari. ⁊ ideo consilium est ꝙ fiat commissio de citando tutorem et pupillum: et de citando rectores administratores et vniuersitatē. ⁊ tunc sine dubio sufficit citare rectores. potest etiam dici ꝙ sufficiat ꝙ nuncius per terram clamet ꝙ ipse ex parte talis iudicis citat talem vniuersitatem. cum enim talis citatio fiat de multitudine sufficit fieri per preconē: vt dictū est. s̄. in glo. super verbo/ edictum. per citationes autem istas que fiunt de rectoribus vniuersitatis vniuersitas constituitur contumax ficte. non autem dicik vere contumax quasi dolose occultans se. ff. de regu. iur. l. non potest dolo carere.

d ¶ Neglexerit. vere ficte seu p̄sumptiue. hec enim constitutio non requirit ꝙ quis sit vere cōtumax: quod patet ex modo citandi per edicta: de qua citatione non constat ꝙ ad noticiam citati perueniat: et hoc nisi iudici constet hoc ad citatū nō peruenisse vel ipsum fuisse legitime impeditum quominus veniat: et tunc si vltra ꝓcedit: ip̄o iure nullum esset: quia deest substantiale: nam nō vere nec ficte negligit: qđ requirit hec lex. et no. per glo. ff. de re iudi. l. quesitū. et fuit opi. Pla. in. l. contumacia. §. fi. eo. ti. Sꝫ quid si in termino citationis compareat aliquis excusator dicens: citatum fore absentem. et ita ꝙ non potest in eius noticiam peruenire: vel quia est legitime impeditus et iudex vltra ꝓcedit an valeat? Dic ꝙ si excusator obtulit se ꝓbaturū ⁊ iudex ꝯtempsit ꝙ ꝓcessus est nullus quasi per iudicē steterit quominus fiat. al's secus. facit extra de appella. interposita. saluum tamen est ius parti petendi restitutiōis ex causa iuste absentie. C. quomodo ⁊ quā. iudex. l. ab eo. et. ff. de in integ. resti. l. fina. et quod ibi not. An autem sit necesse ꝙ in termino quis contra citatum se presentet vt neglexisse dicatur? Respon. non cum procedatur per inquisitionem factam ex officio: vel per denunciationem cum iudex sedens semper sit presto. sed cū per

accusationem proceditur secus videtur: ad similitudinem causarum ciuilium. vt. C. de iudi. l. properādum. §. j. sed in criminalibus hoc est diuersum: quia accusatore desistente vel defuncto potest iudex procedere. vt. C. de aboli. l. ij. ⁊ ff. de pub. iu. l. pe. in prin. nam si constaret ꝙ iudex vellet ibi supplere defectuz partis sufficeret. Et ideo quidaz in partibus italie faciunt sibi concedi licentiam ab accusatore vt eo absente possint expedire processum. et tunc cōstat ꝙ partis supplet defectum. in casu tamen huius constitutionis constat ꝙ hoc non requiritur cum possit sine figura iudicij procedi.

Accusatore desistēte vel defūcto pōt iudex procedere.

in termino[a] personaliter[b] vel legitime[c] competere: contra ipsam vel ipsum, perinde[d] ac si presentialiter omnibus interesset: vel lis foret legitime cōtestata[e], tam ad receptionem[f] testium et eorum publicationem[g] et sequentia[h],

a ¶ In termino. ex hoc ꝙ in singulari numero loquitur patet ꝙ vnus tantum terminus fuit assignatus. ex quo patet ꝙ in his in quibus potest procedi sine figura iudicij terminus intelligitur peremptorius etiam si nō exprimatur. facit extra de verbo. signi. c. sepe. item si iudex sua voce admoneret eos vel aliquem ad audiendum sentētiam: intelligitur peremptorie. C. quomodo ⁊ quando iudex. in. l. ij. et ibi not. al's peremptorie dici debet vt dixi. s. in glo. super verbo dicto crimine. Item admonitiones et protestatiōes que fiunt extra iudicium intelliguntur peremptorie cum semel sufficit fieri. l. ticia. §. imperator. ff. de lega. j.

b ¶ Personaliter. hoc est verum in crimine vbi est pena infligenda in corpus.

c ¶ Legitime. vt ꝑ procuratorē vel syndicū. et sic videtur casus ꝙ in causis capitalibus in quibus potest ferri sentētia in absentia admittit̄ ꝓcurator. qđ tenet Dy. in. §. ad crimē. per regulam positam in. l. seruū quoqꝫ. §. publice. ff. de procur. et dicebat ꝙ vbi per statutum in causis capitalib⁹ potest dānari absens: potest interuenire procurator: quod non placet. nā etiā de iure antiquo reperitur in casibus ꝙ absens potest de capitali crimine dānari in casibus specialibus. C. de pe. l. ne diu. ⁊ ff. ad. l. corne. de sicca. l. lege cornelia. ver. ⁊ qui hoc crimen. ſm vnū intellectū. Item in causa appellationis altero absente lite non contestata pōt deueniri ad diffinitiuā. C. de tēp. ap. l. fi. §. illud. ⁊ tñ tunc non admittit̄ procurator. vt. ff. an ꝑ aliū causa appel. l. j. Itē ꝓcurator rei debet satisdare iudicatum solui. nisi a dicta satisdatione a domino fuerit releuatus. vt insti. de satisda. §. si vero dominus. sed dic ꝙ procurator nō potest satisdare. nec dñs a satisdādo releuare eū pt. Itē qđ Dy. dicit de statuto est aduertendum. qm̄ statuta italie cōiter permittunt dānari absentem propter contumaciā tm̄. sed si admitteretur procurator, iam nō esset cōtumax. nō obstat. §. publice. nam vbicūqꝫ posset damnari absens de iure cōi: iudex debet ex officio ꝑquirere veritatē pro vtraqꝫ pte. vt. C. quō et quando iudex. aut. qui semel. ⁊ de appel. l. ampliorē. §. j. et dicā statim in glo. sup. verbo receptionem. al's examinationem. merito quilibet excusans innocentiam auditur non vt procurator sed vt quilibet. ⁊ hoc qđ ibi dicit tex. q̄uis ꝓ ba facientem ⁊c. ex eo quod dicit q̄uis, apparet ꝙ non requiritur ꝙ sit procurator. ⁊ hoc dixi in. §. ad crimen. in. l. penul. ff. de pub. iud. nō obstat hec littera. qr expone ꝙ intelligitur eo casu quo pena a relegatione infra venit imponenda. ⁊ intelligitur legitime. s. per procuratorem eo casu quo venit imponēda pena a relegatione infra. quod pōt esse in his que ipsum crimen quoquo modo tangunt. vt. s. dixi in glo. super verbo tangunt. Item ad ipsum crimē potest referri, ⁊ dic personaliter, id est quando aliqua persona citata est legitime: vel quādo procedit̄ cōtra aliquā cōmunitatem vel corpus vel collegium. ⁊ sic no. casum ꝙ etiam vniuersitas in capitalibus respondet per syndicum. vt. C. de re mili. l. tam collatores. lib. xij. ⁊ no. per Cy. C. qui. ac. non pos. l. ij. ⁊ eodem modo est casus si per vniuersitatez fieret accusatio posset ꝓcedi per syndicum cū hic loquitur generaliter ex parte rei ⁊ actoris. vt dixi. s. i fi. glo. super verbo. dicto crimine. licet Dy. ⁊ Cy. communiter dicunt contra. in. d. l. ij. et. iij. ff. de accu. §. fi.

Uniuersitas in capitalibus per syndicū rñdet.

d ¶ Perinde. non tamen per omnia ⁊ sic gratia cōtrarietatis tollende. non enim sic potest fieri executio in absentem sicut in presentem. de qua executione hic dicitur et. j. dicetur. ⁊ idem in omnibus que in absentem non cadunt sicut in presentem. de hoc multum not. glo. ff. ad. l. iul. pecu. l. sacrilegij. vbi autem contrarietas non resultaret perinde esset quo ad omnia: scilicet quo ad tempus: quo ad modum: ⁊ quo ad ceteras qualitates. ⁊ idē in ceteris aduerbijs et nominibus significātibus similitudinem. vt. ff. de ali. et. ci. le. l. a filio. §. testator.

e ¶ Cōtestata. cōtumacia de qua dixit ex vna parte equiparatur personali presentie: ⁊ litis contesta. ex alia parte. nec enim sufficeret quem esse presentem nisi lis esset contestata quando ordinarie proceditur. nec sufficeret litis contesta. nisi quis esset presens. l. absentem. ff. de pe. et hoc in capitalib⁹. in alijs secus. vt no. in. d. l. absentem. ⁊ ibi dixi. ⁊ no. diligenter ꝙ vbicunqꝫ absens potest damnari peruenitur ad diffinitiuam ante lit. contesta. quia illa contumacia habet vim contestationis. vt. C. vbi in rem ac. l. ij. ⁊ sic puto actionem perpetuari etiam pro actore si ipse esset cōtumax seruatis omnibus conditionibus que ponuntur in aut. qui semel. C. quomo. ⁊ quan. iu. cum talis contumacia habeat vim contest. litis pro vtraqꝫ parte. quod patet: quia pro vtraqꝫ parte iudex examinat causam.

f ¶ Receptionē. hoc facit pro vtraqꝫ parte. nam iudex debet perquirere veritatem pro vtraqꝫ parte. vt in aut. qui semel. C. quomodo ⁊ quando iudex. ibi perq̄sita veritate ⁊c. potest etiam absentem absoluere. C. de iudi. l. properandū. §. sin aūt ex gestis. maxime in causis capitalibus: vbi etiā si post sententiā appareret de innocētia debet iudex principi scribere. ff. de questio. l. j. §. si quis vltro. Item ex hoc apparet ꝙ ex sola cōtumacia de iure cōmuni quis non habetur pro confesso. vt dixi in. l. lex cor. §. fi. ff. ad sill.

Confessionē nō inducit de iure cōi sola cōtumacia.

g ¶ Publicationem. no. in casibus in quibus potest procedi sine figura iudicij requiri publicationem. Item no. in criminibus publicationem fieri. Item no. procedi ad receptionem ⁊ publicationem testium lite non contestata: etiā contra eum qui non est vere contumax: quod est contra ea que no. Dy. ff. de dam. infect. l. iiij. §. quotiens. ⁊ sic faciunt pro no. ⁊ his que ibi diximus.

h ¶ Sequētia. vt ꝓbationes testiū. productiones instrumentorū. et allegationes. vt. C. de iudi. aut. iubemus. et ad interrogationes testium pro declarādis dictis eorū si que essent obscura cōclusionē in criminalibus nō puto fiendā: immo q̄ncūqꝫ q̄s se vellet defendere debꝫ audiri. vt. l. vni⁹. §. cogniturū. ff. de qđ. ⁊ arg. l. j. de q̄stio. in fi. intelligo tamē actori dādas duas dilationes: reo tres cū aliqua cause cognitione. l. fi. ff. de fer. alias dilatiōes dabit iudex cū maiori cause cognitione: hāc tñ puto sufficere ꝙ videat iudex dilationē postulari ꝑ veritate nō cā differēde litꝫ. ⁊ hoc mō debet

q̄ᵹ ad diffinitiuam[a] sententiam et eius executionem[b] proceda-tur[c]. legibus[d] et consuetudinibus non obstātibus[e] q̄buscūqꝫ

intelligi.§.cogniturum. de effectu autē publicationis dixi
plene in repetitiōe quā feci de aut.q̄ semel. C.quō ⁊ qn̄ iu.
a Diffinitiuā. vides ergo casum in quo absente reo pōt
negociū liq̄dari ⁊ diffinitiue ꝓnūciari in criminalibꝰ. simi
le.C.de pe.l.ne diu.⁊.ff.ad.l.cor.de sicc.l.lex cornelia. ver.
et hoc crimen. s̄m
vnam lec. in capi-
talibꝰ hoc erat de
iure antiquo. vt.ff.
de pe.l.absentem.
in ciuilibus vero
quid iuris sit actore absente vel reo.dic vt.C.quo ⁊ quādo
iud.aut.qui semel.⁊.C.de iudi. l.properandū.§.j.cum seq.
b Executionē.hic est casus ꝙ pars nō est iterū citanda
tpe executionis.qđ est verū si ꝑ sniam liquet executionem
sic esse faciendā:vt si condēnatio facta sit in rē/vt ipsa res
capiat̃ ⁊ vendat̃. vel si est facta cōdēnatio in personam/vt
persona capiat̃ et puniat̃.solū em̄ hoc est necesse sciri ꝙ sit
illa ꝑsona cōdēnata.⁊ ideo exigit̃ ab eo q̄dā cōfessio super
hoc ⁊ procedit̃ ad executionem. al's secus. sicut erat cū ca-
piebatur aliq̄s aduocatus.vt.ff.de custo.reo.l.diuus.ver.⁊
si diuus pius.⁊ ibi dixi.Si aūt cōdēnatio esset facta in pe-
cunia ⁊ ꝑ ea caperent̃ ⁊ vēderent̃ res: ⁊ vna res pro alia:
tūc debet pars citari.qꝛ in hoc certa cause cognitio req̄rit̃.
vt.l.a diuo pio.§.si in venditione.ff.de re iudi.⁊ ibi dixi.
c Procedat̃. innuit ꝙ iudex habeat necesse facere hoc
in cōtrariū videt̃.l.nō quicquid.ff.de iudi.⁊.C.quō ⁊ qn̄ iu.
l.j.So.instātia cause criminalis est bienniū. vt.C.vt intra
cer.tem.cri.questio termi.l.j.vnde nō cogitur sentētiare ni
si prope finē bienij.vt.C.de iudi.l.ꝓperandū.§.hmōi.⁊ no.
C.quo.⁊ qn̄ iu.l.j. Et sic not̃.pro assessoribus q̄bus limitat̃
certū tēpus ad finiendū processum:ꝙ non possunt ante ex
pedire nisi prope finem termini:⁊ hoc vt non cogantur an
te sententiare.ea autem lata executionem coguntur facere
s̄m formam.l.si quis intra.C.de bo.dam.⁊ etiam in perso-
nam si haberi potest.l.cum reis.⁊.l.si vindicari. C.de peñ.
d Legibꝰ. hec ē q̄rta ps i q̄ ponit̃ clausula derogatoria.
e Nō obstātibus.clausula hec nō obstātibus q̄d impor
tet dicendū est. nā quādoqꝫ refert̃ ad iura municipialia ci-
uitatis:quo casu aut precedunt iura derogatoria et est ne
cessaria clausula nō obstantibus. vt.C.de preci. impe.of.l.
quotiēs.⁊ ibi no.⁊ si contra ius vel vtilitatem publi. l.fi.⁊
ibi no.et.ff.de cōsti.prin.l.j.in fi.⁊ ibi nota. Sed an necesse
sit ꝙ dicatur nominatim nō obstante tali lege. glo. in.d.ll.
dubitāt.sꝫ glo.in aut.hoc inter liberos.C.de testa.videt̃ te-
nere ꝙ sit necesse exprimi. Itē no.ff.de le.iij.l.si q̄s in prin.
Alij ꝙ nullo modo requiratur.vt.ff.de excu.tu.l.idē vlpia
nus.§.j.sed ibi tutela est onus ꝑsonale.⁊ ideo de facili potest
remitti:nec habet precedētē legē derogatoriā.vt.C.de pre.
impe.of.l.quotiens. al's est necesse ꝙ dicatur nō obstante
tali lege. Sed puto ꝙ sufficiat si dicatur non obstante ali-
qua lege derogatoria:vel q̄ hoc fieri prohibeat ⁊ silr̃a. hoc
enim est expresse mētionem facere de certa specie legum.
non em̄ est necesse ꝙ nominetur lex:hoc em̄ esset nomina-
tim ⁊ singulariter mentionem facere:⁊ hoc non requiritur
vt.d.l.si quis in prin.⁊ ibi declaraui.⁊ hoc cum imperator
rescribit ad priuatam vtilitatem alicuius. sed si ipse rescri
beret ad vtilitatem publicam: videtur cōtra omnem legē
contrariam dispensare.vt.ff.de re iudi. l.quidam consule-
bat.in fi.ratio:quia tunc nulla precedit clausula derogato
ria:nam.l.rescripta.⁊.l.nec damnosa.C.de preci.impe. of-
fe.habent in se clausulam derogatoriam solum ad rescri-
pta ad vtilitatem partium concessa:⁊ ideo si imperator ali
quid statuit ius cōmune corrigendo:nō est necessaria clau
sula illa/non obstante aliqua lege:quia eoipso ꝙ posterio-
res condit contrarias:priores videtur tollere. vt.l.non est
nouum.⁊.l.nam et posteriores.ff.de legi.et extra de consti.
c.j.lib.vj.hic ergo ista clausula non fuit necessaria : nec est
dubium quin possit tollere ius commune: etiaꝫ si precedit
aliqua clausula de
rogatoria. nec ob.
C.de legi.l.huma-
nū.et quod ibi no.
Quid ergo dices
in statuto si prece-
dit aliud statutum habens clausulam derogatoriam:an sit
necesse ꝙ fiat specialis mentio de primo. Puto ꝙ sic arg.
d.l.si quis in prin.et dixi in repe.l.omnes populi. ff.de iu-
sti.⁊ iu.⁊ pro hoc facit : quia quicquid iuris sit in principe
aliqualis ratio est in populo . nam sicut priuatus premit-
tit illā clausulam timens ne instigatu vel deceptione ali-
quorum ad aliud inducat̃.ita populus vel vniuersitas vi-
detur timere cum equipararetur priuato:que ratio cessat in
principe ius condente.Sed si statutum precedens non ha
bet clausulam derogatoriam:eodē modo per sequēs statu
tum cōtrariū primo primum videtur sublatum eadem ra-
tione.⁊ hec vera si precedentia iura sunt omnino cōtraria.
si autem per aliquā limitationē vel distinctionem adiuua
ri possunt:nō tollentur vt.d.l.nam ⁊ posteriores. nam aut.
offeratur.que dicit specialiter satisdādum: restringitur ad
eum qui non possidet immobilia. vt.l.sciendū. ff.qui satis-
da.cog.Sed quero si in lege noua est dictum non obstante
aliqua lege an per hoc tollat̃ ne per priores limitetur ⁊ di
stinguat̃: Rn̄.nō:sed intelligit̃ nō obstāte lege aliqua:scili-
cet cōtraria que nō possit cū hac sustineri.vt in aut.de suc.
ab intest.circa pn̄.in glo.sup verbo:vacantibus.pro hoc fa
cit.C.cōmunia de suc. aut.itaqꝫ. in eo ꝙ ibi disputat̃ an sit
correcta.l.de emāci.⁊ ex hoc patet ꝙ modus procedēdi in
hac ꝯstitutione inductus nō habet locū in casu.l.C.si quis
impe.maledixe. nam cū ibi sit specialiter prouisuꝫ per hāc
l.loquentē ḡnaliter de crimine lese maiestatis ⁊ eā tangē-
gentibus:nō videt̃ propter hoc ei derogatū.pro hoc facit in
aut.hec cōstitutio interpretat̃ cōstitutio.⁊c. col.viij. nā per
illā intelligit̃ sublata.l.fi.C.de sacrosan.ec.que ḡnaliter lo
quit̃.nō aūt cōstitutio specialis q̄ est in aut.vt eccle. roma.
col.ij.⁊ probat̃.C.de sa.san.ec.aut.quas actiones. lꝫ glo.in
illo variet.sed si in lege noua diceret̃/nō obstante aliqua le
ge que generaliter vel specialiter in cōtrariū loquat̃: tunc
d.ll.nō distinguerēt nec limitarēt legē nouā.nec haberet lo
cū.l.nā ⁊ posteriore.ff.de legi.⁊ hec videntur vera ⁊ vtilia.
Sed cū in hac cōstitutione sit data iudici licētia procedēdi
sine figura iudicij.q̄busdā aūt in his q̄ in sacris scrinijs mi
litant est cōcessum vt in modo procedēdi prerogatiua gau
derent.vt.C.de prepo.sac.scri.l.in sacris.an eis in casibus
in hac cōstitutione cōprehēsis hec priuilegia conseruabun
tur: Videt̃ ꝙ nō ex eo ꝙ sic dixit cuiuscūqꝫ status vel digni
tatis ⁊c.Sed hoc non facit:quia hic de statu ⁊ dignitate ge
neraliter fit mentio:ibi cuidā dignitati vel ordini speciali-
ter indulgentur aliqua priuilegia.⁊ sic illa tanqꝫ specialis
magis debet limitare hanc posteriorē:vt.s̄.dictū est.econ-
tra videt̃.nam illa loquit̃ in oībus causis criminalibus et
ciuilibꝰ generaliter:hec speciliter in crimine lese maiesta-
tis:⁊ id tangentibus: ⁊ sic videt̃ ꝙ hec vt specialis limitet
et restringat illā:quid dicemus : Dubiū est in hoc ꝙ p̄ma
magis specialis est quo ad quid.s.quo ad personas.et est
magis ḡnalis quo ad q̄d.s.quo ad causas. hec econtra est
magis ḡnalis quo ad ꝑsonas:⁊ magis specialis q̄ ad cau-
sas.an scđa limitet̃ per primā:an prima ꝑ secūdā: hec am

Crimina-
lis cau-
se instā-
tia est
bieniū.

dignitas quodāmodo perplexa est:cum in neutra istarum dispositionū possit genus a specie separari ex virtute proprietatis sermonis.ꝛ ideo ad mentē legū recurrēdum est. Dic igit̄ ꝙ ius singulare semꝑ est itroductū ꝓpter aliquā vtilitatē.vt.ff.de legi.l.ius singulare.cū ergo iā lex.j.ꝙ.ij. ius singulare ꝛ speciale ꝯtineat hoc ē ꝓpter aliquā vtilitatē.debemus ꝙ illud spāle ꝯseruare in quo euidētior ꝛ maior vtilitas reperitur:ista em̄ est benignior iterpretatio.vt.ff.ꝺ legi.l.benignius:ꝛ qꝛ cā magis priuilegiata pferꝛ.vt no.C.de priuile.do.l.j.ꝛ ff.de priuile.cre.l.priuilegia.vñ in proposito cū specialitas huius cōstitutionis sit propter vtilitatē vrgentissimā.vt.s̄.in prin.huius.l.dico hāc.l.restingere illam.l.in sacris.que in priuilegium personale ꝛ dignitatꝫ est introducta. ꝛ etiā in fauorē minorū videmus ꝙ lex inducta est:vt cōtra eos nulla currat prescriptio.vt.l.fi.C.in q̄.cau.in integ.resti.nō est ne.ꝛ hec prouisio est generalis quo ad causas: ꝛ spālis quo ad ꝑsonas minoꝝ.est ꝛ alia cōstitutio que limitat tempus instantie ꝛ hoc fauore publice vtilitatis ne lites fierēt iminortales.vt.l.ꝓperādū.C.de iudi. ꝛ hec gn̄alis est quo ad personas oēs litigantiū.ꝛ spālis quo ad causas scꝫ quo ad prescriptionē instātie:ꝛ per hāc.l.properādū/lꝫ sit antiquior in tēporibus instantie de iure antiquo limitat̄ illa.l.fi.lꝫ sit posterior.vt no.in.l.j.C.si aduersus rē iudi. sed si.l.antiqua haberet cām spāliter maiorē ꝛ fauorabiliorē:tunc limitat̄.l.noua eadem ratione.Si vero non esset ratio specialitatis fauorabilior vna ꝙ altera:tūc putarē.l.nouā preualere.ista sepe occurrunt in ista ciuitate.Secūdo vero casu principali qñ hec clausula referꝛ ad priuilegia. sciendū est ꝙ si qua.l.simpliciter emanat nō videꝛ tolli ꝑ eam aliquod priuilegiū alteri concessum.vt in.ij.consti.C.§.si que vero.ꝛ intelligo priuilegiū qꝺ fauorē alicuiꝰ cōtinet. secus si imperator ad aliquā singularē q̄stionē rescripsit spāliter ita ꝙ faceret ius cōe.vt.C.de legi.l.ij.tunc per aliā.l.cōtrariā videꝛ tolli.vt in dicta constitutione.ij.§.si que vero.ibi si vero pro certis capitulis.Si vero in lege dicit̄ non obstātibus priuilegijs/intelligitur in corpore iuris nō inclusis. nam illud qꝺ in corpore iuris claudit̄ per hoc tolli nō videtur.ꝓut.C.vbi de cri.agi opor.aut.qua in ꝓuin.ꝛ ibi no.et ff.de iudi.l.heres absens.in prin.ꝛ ibi no. ꝛ sic no. de ꝓuil. extra corpus iuris positis sufficere clausulam derogatoriā seu reuocatoriam generalē.facit extra de sepul. c.ij.in cle. No.etiā priuilegia in corpore iuris inserta nō reuocari nisi spāliter diceret̄ ad illa trahi.vel nisi esset aliqua lex spālis sequēs que haberet magis fauorabilē rationē spālitatꝫ vt dictū est.ꝛ eadē rō est in priuilegio vni cōcesso per pncipem si alia priuilegia suspenderentur.ꝛ eodē modo intelligas in inferiore a principe q̄ per aliā dispositionē vult tollere priuilegia a se concessa alteri. Tertio casu quādo hec clausula referꝛ ad statutū vel cōsuetudinē: tūc si de hoc in l.noua vel priuilegio nil diceret̄ nō videꝛ reuocata:quia legislator potest eam probabiliter ignorare. vt extra de consti.lib.vj.licet in contrarium faciat. ff.de sepul. vio.l.iij.§.diuus.de quo dic vt ibi.ꝛ tangitur. C.de testa.l.j.ꝛ hoc prout loquitur de legislatore vniuersali.nam legislator particularis statuta et consuetudines suas ita debet scire sicut legislator vniuersalis legem vniuersalē.Si vero in priuilegio de predictis statutis: vel de consuetudinibus fit mentio ponendo clausulam ꝙ illa non obstante tunc illa sunt sublata quatenus alteri legi contradicunt. etiam si nō fiat de his spālis mentio.aut.cassa.C.de sacrosanc. eccle.et ꝺ fur.aut.nauigia.ꝛ.C.communia de succes.aut.omnes peregrini. et sic in presenti cōstitutione quia dicitur legibus vel consuetudinibus non obstantibus quibuscunq̄.expone legibus que cum hac l.sustineri non possunt.et cum dicit consuetudinibus quibuscunq̄:dic siue generaliter/siue specialiter sint approbate.nā per illas hec.l.nullā limitationē recipit.de hac clausula non obstante multa dixit Jo.and.extra de conces.preben.c.j.lib.vj.que videre potes per iura canonica que ipse allegat si expedit:in difficultates tamē predictas nō intrat

Priuilegia i corpore iuris inserta nō reuocāꝛ nisi spālitꝛ fiat de his mētio.

Hanc autem[a] generalem legē nostram extendi iubemus ad preterita[b]/ presentia/ et futura: quam[c] legem ex nunc[d] absq̄ alterius temporis expectatione transcursus suum integrum vigorem decernimus obtinere.

¶ Qui sint rebelles[e].

Idē ad ꝑpetuā rei memoriā.

Quoniā[f] nuper est ad auditū nostrum deductum: ꝙ inter nonnullos[g] fideles[h] ꝛ subditos[i] nostros prouincie lombardie[k]:aliorūq̄ locorū

a ¶ Hanc autem. hec est quinta pars in qua ponitur ad quos casus extendatur hec constitutio.

b ¶ Ad preterita.hoc nō erat necesse dicere:qꝛ cū tota ista l.litis ordinationē respiciat:sine dubio porrigit̄ ad lites futuras:lꝫ suꝑ facto preterito.l.ij.§.pe.C.de iura.calū.et hūc passum plene examinaui in repe.l.oēs populi.ff.de iusti.ꝛ iur.in illa.q.a quo tempore statuta ligent.dic vt ibi dixi.

c ¶ Quam.hec est sexta pars in qua ponitur a quo tempore hec constitutio sumat vigorem ꝛc.

d ¶ Ex nunc.si hoc non fuisset dictum post duos menses hec constitutio sumeret effectū.vt in aut.vt facte noue constitutiones.de quo plene in prohe.cle.circa fi. ꝛ ego plene dixi etiam de statutis in dicta.l.omnes populi.in dicta.q.a quo tempore ꝛc.dic vt ibi dixi.

¶ [illegible] henrici glosata per Bar.de saxo ferrato legum doctorē ꝛ ciuem perusinū.

e ¶ Qui sint rebelles. Hec rubrica est magistraliter posita.qꝛ supra dixit de modo procedēdi vt imponat̄ pena per sententiā.hic q̄ sunt rebelles q̄bus imponit̄ pena ipo iure.

Quoniam.primo ponit dubium.secundo rationes que mouēt principem ad decisionem. tertio decisionem . quarto ponit impugnatores constitutionis.partes patent.

g ¶ Nonnullos.i.aliquos.nam negatio preposita facit eq̄pollere suo cōtradictorio:vt hic. ꝛ.ff.de cēdi.ꝛ demon.l.nōnunq̄.ꝛ de col.do.l.nōnunq̄.postposita vero facit equipollere suo contrario.l.legitimos.§.an ergo.ff.de legi.tu.ꝛ.l.obligari.ff.de auc.tu.in prin. et de captiuis.l.in bello.§.j.nisi in contrariū pateat de mente loquētis. vt.l.si seruus.§.si plurīū.ff.si quis cau. sed preposita ꝛ postposita equipollent subalterne.vt.l.vnica.C.de cadu.tol.in prin.

h ¶ Fideles.q̄ fidelitas pncipi debeꝛ.vt.s̄.ꝓxi.circa prin.

i ¶ Subditos.quia sunt sub re publica romanorum.vt in aut.de here.et fal.in prin.colla.j.istis prouidet vt iudi.sine quoquo suffra.in princi.qui autem sint subditi dixi.s̄.l.proxi.in glo.super verbo totius.

k ¶ Lombardie.hic videtur casus eius opinionis quam refert cy.C.de prescrip.xxx.annorū.l.fi. scꝫ ꝙ prouincie appellatio intelligitur fm cōmunem ꝛ vulgarem modum lo

Prouincie appellatione quid veniat.

quendi: scȝ tuscia/lombardia ⁊c. licet ſm cano. lōbardia nō est vna prouincia. nam cremona non est de vna prouincia quia est de archiepiscopatu Mediolaneñ. et regium est de alia: scilicet de archiepiscopatu Raueñ. vt not. Berñ. extra de electio. c. coram. idem not. extra de offi. vica. c. sententiā. Sed pro huius declaratione sciendū est ꝙ diuisio orbis terrarum de iure gentiū est. vt. ff. de iusti. ⁊ iure. l. ex hoc iure. ⁊ hec diuisio fit vel eorū qui inhabitāt simul. id est edificijs in vnū collatis et sic communiter habemus tria nomina. scilicet ciuitas: castrum: et villa. vt dicta. l. ex hoc. et ibi nota. in glosa parua super verbo collata. Quedam est diuisio eorum qui nō habitāt simul: sed edificijs separatis. ⁊ hec appellatur prouincia vel regnum. vel sunt alia nomina vniuersalia significantia separationem linguarum: vt italia: alamania: francia: grecia: ⁊ sicilia. vt dicta. l. ex hoc. ⁊. C. de offi. rec. ꝓui. ⁊. ff. de offi. p̄si. ꝑ totū. de quoꝝ quolibet videam⁹. Uilla i frācia idē est ꝙ ciuitas. nos autē dicimus villas edificia sine muris vel fossatis. que ville seu vici nullā habent iurisditionē de iure cōmuni: sed subsunt alicui ciuitati. vt. C. de episcopis ⁊ clericis. l. nulli. §. fi. ⁊ de naturali. libe. l. ij. et. ff. ad municip. l. j. §. qui ex vico. pro hoc facit extra de senten. excommuni. c. si ciuitas. lib. vj. et quod ibi nota. per Inno. et Johan. an. Castrū dicitur quasi casa alta seu fortis: et munita muris seu vallo. vt. l. quicunqꝫ castellorū: al's sedorum. de fun. li. lib. xj. ⁊. ff. ad. l. iuliam maiesta. l. ij. ⁊ in dicto. c. si ciuitas. ⁊ ista similiter non consueuerunt habere iurisditionem de iure communi: sed sunt sicut vici. vt dictis iuribus est expressum. ⁊. C. de testa. l. fi. habes tamē quosdam magistratus qui ibi ponuntur a ciuitatibus quibus subsunt. vt. C. de magist. muni. et ibi nota. per Azonem in summa. Ciuitas vero ſm vsum nostrum appellatur illa que habet episcopū. ante tamē ꝙ essent episcopi erant ciuitates. ⁊ ciuitati competit potestas eligendi sibi de iure communi defensores qui habeant iurisditionem: nō autem merum imperium vel mixtum. vt in aut. de defen. ciuita. §. iusiurandum. Fallit in vrbe romana. vt. l. j. §. cum vrbem. ff. de offi. prefec. vrb. et in alijs que habent ex priuilegio vel ex consuetudine. vt dicto §. iusiuran. et quia ſm canones episcopi debent ordinari in dictis locis vbi sunt dicti officiales. vt. lxxxj. distin. c. j. ij. et. iij. ideo insurrexit consuetudo ꝙ locus habens episcopum sit ciuitas. tamen vere sine episco-

Ciuitas sine epō esse pōt. po dicitur ciuitas eo ꝙ habet officiales predictos et iurisditionē. ⁊ sic patet ꝙ licet ex causa ciuitas priuetur episcopo: non tamen per hoc desinit esse ciuitas. Sed quid dices tu de castris que sunt per italiam: et habent istas iurisditiones. an dicemus ꝙ sint ciuitates? Respon. si constat ꝙ antiquitus fuerit ciuitas licet postea episcopatū perdiderit: ciuitas est proprie vt patet ex predictis. Si hoc non cōstat: tunc aut talis iurisditio fuit illi loco concessa vt ciuitati: aut simpliciter dicendo tali terre vel tali communitati. Primo casu erit ciuitas. nam ciuitatem facit princeps eo ipso ꝙ sibi scribit vt ciuitati. vt nota. per Innocē. extra de offi. ordi. c. cum ab ecclesiarum. nam dicendo ꝙ sit ciuitas videtur sibi concedere omnia priuilegia ciuitatis. argumētum. ff. de re iudi. l. quidam consulebat. Secundo casu non erit ciuitas sed castrum habens priuilegium ciuitatis. vt dicitur. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. §. j. Tertio casu erit ciuitas: quia larga interpretatio est facienda in concessione huius beneficij. vt. l. fi. de constitu. prin. prouincia vero ſm cano. distinguitur per archiepiscopatus vt dictum est. quod qualiter de iure communi seu ciuili intelligatur

italie[a] disceptatiōes[b] et dubia[c] sepi⁹ oriūt: an īfidel' ⁊ rebellis[d]

et procedat: dic ꝙ quedam sunt ciuitates minores vt communiter omnes que habent iurisditionē predictam absqꝫ mero vel mixto imperio. alique sunt ciuitates que habent mixtum imperium. alique sunt maxime que habent merū et mixtum vt ciuitas metropolitana. nec dico propter episcopatum: quia forum causarum est magnum cui suberant multe alie ciuitates. vt. ff. de excu. tuto. l. si duas. §. est autem. ⁊ §. sequē. Ista autem ciuitas metropolitana dicitur caput prouincie. vt. C. de metropo. l. j. lib. xj. vnde merito olim totum qđ suberat metropolitano dicebatur ꝓuincia: sicut etiam hoc faciunt canoniste. vt dictum est in prin. glo. et eodem modo vnus presidatus dicitur prouincia: nam ei subsunt plures ciuitates. vt in omnibus. ll. que mentionem faciunt de preside prouincie. verum quia aliter facte fuerunt diuisiones in temporalibus: ⁊ aliter in spiritualibus: reperitur ꝙ in eadem prouincia sunt terre diuersorū episcoporum seu episcopatuum. vt dicto. c. coram. ⁊ ibi no. Cum ergo a principe vel a iure fit appellatio prouinciarū qualiter intelligatur vel accipiat. dic ꝙ quandoqꝫ fit appellatio prouincie eo respectu ꝙ sit sub vna iurisditione: et tunc contingit ꝙ quelibet ciuitas habeat separatam iurisditionem nec est vnus preses cui subsit: quelibet ciuitas habet pro prouincia. vt. C. de prescrip. lon. temp. l. fi. ⁊ ibi nota. quandoqꝫ appellatio prouincie fit eo respectu ꝙ maior est instātia quādo extra prouinciam ꝙ̄ quando in prouincia. et tunc seruatur quod no. in dicto. c. coram. extra de elec. vbi existens in dicta prouincia si est multum a remotis habetur perinde ac si esset extra. et eodem modo existens extra si est multum de propinquo habetur perinde ac si esset intra. sic intelligitur. C. de dila. l. j. et sic sentit Joan. an. extra de testi. c. vltra tertiam. quandoqꝫ appellatio prouincie fit alio respectu: vt quia legatus mittitur in tali prouincia vt aliquid concedatur hominibus talis prouincie. et tunc talis appellatio debet intelligi ſm vulgarem et communem appellationem prouincie: vt in lombardia: tuscia: marchia: et similibus. casus est hic: ⁊ ita tenet Odof. in. l. fi. ⁊ Cy. ibidem. ⁊ Hostien. et Joan. and. in dicto. c. vltra tertiam. de diuisione et vnione ciuitatis et prouincie dixi in. d. l. j. C. de metropol. lib. xj. Item an homines alicuius prouincie dicantur ex origine sicut contingit in ciuitate. tangitur. ff. de verbo. signi. l. prouinciales. et ibi dixi. et plenius in libello represaliarum. regnorum vero diuisio: item aliarum partium per quas fit distinctio linguarum per se patet ⁊c.

Ciuitates in multiplici sūt differentia.

Prouincie appellatio ne quid ꝯtineat.

a Italie. est nomen significās totam linguam latinam que distinguit in multas prouincias: vt hic patet. licet italia quandoqꝫ dicatur prouincia. vt. C. de temp. in integ. resti. l. fi. ⁊. C. sine cen. vel reli. l. fi. ⁊ de sa. san. ec. aut. cassa.

Italie appellatiōe ōis lingua latina cōtinet.

b Disceptationes. inter plures adinuicem.

c Dubia. aliquando inter seipsos: vel adinuicem vt cesset inculcatio verborum.

d Rebellis. id est infidelis ea infidelitate generali que inducit rebellionem. nam sciendum est ꝙ hec dictio infidelis generalis est vt comprehendat etiam eum qui modice rei principi furtum fecerit: de qua infidelitate non loquitur hic: sicut enim principi debetur omnis fidelitas. vt ꝯ. l. proxi. in prin. ita ōis deuiatio a fidelitate est infidelitas facit. x. col. de sta. contra. li. ecc. in prin. Quedam est infidelitas vero animo que cadit in modum proditionis: et istud est nomen generale comprehendens omnes qui stant sicut subditi ⁊ inter subditos corpore: mente tamen cum hostibus ⁊ inimicis nunciando eis secreta ⁊ similia. vt. ff. de

Infidelitas multiplex.

re mili.l.omne delictum.§.exploratores.⁊.l.ꝓditores. cõprehẽdit etiam eos qui cum essent subditi expresse rebellant principi transfugiendo ad hostes ⁊ cõuertendo se in hostes.vt.d.l.proditores.⁊ ibi no.⁊ de capi.di.l.amissione .§.qui deficiunt.⁊ hoc modo assumpto vocabulo vocãtur rebelles:quo vocabulo antiqui legũ conditores nõ vtebantur.et ideo facta est hec cõstitutio ad hoc declarãdum. Item not.ꝙ proditorie dicitur aliquid fieri quando fingo me amicum tuum: et tracto te tanq̃ inimicum.et sic vnum ostendo corpore:aliud sum animo.vt.ff.de his qui no.infa.l.athletas.⁊.l.penul. et de preuari.l.j.tũc tamẽ incidit in crimẽ proditiõis quãdo fit contra principem vel contra rem publicam.vt dicto .§.exploratores.⁊.l.ꝓditores.et.ff.de pe.l.si quis aliquid .§.j.Sed quando committitur contra priuatum non dicitur proditor principaliter et per se:sed crimen aliud factũ proditorie.vt homicidium factũ proditorie vel quid simile.vt.d.l.athletas.§.j.de his qui no.infa.et.l.j.de preuari. Item no.ꝙ aliud est esse rebellem imperij : aliud est esse in banno imperij.primum scilicet rebellio est mortale.vt hac.l.nec potest remitti nisi ex mera gratia.secundum:scʒ bannum est medicinale:quia remittitur purgata cõtumacia seu facta satisfactione.vt.C.de episco.et cleri.auẗ.item nulla.et auẗ.item quecunq̃.et sic videtur ꝙ quatenus excõicatio remouet quẽ ab officijs ecclesie:eatenus bannum a beneficijs imperij.vt dicis iuribus.⁊ tangitur per Guil. in dicta auẗ.item quecunq̃.facit extra de senten.excom.c. cum medicinalis.li.vj.facit.C.de requi.re.l.j.vbi glo.illã annotationem appellat bannum. et est medicinale. quia cum venit infra annum recuperat statum.ſm vero statuta et consuetudines locorum quenq̃ esse bannitũ habʒ diuersos effectus de quo aliquid.j. dicam.in glo.magna.

imperij quisq̃ reputari debeat:nisi prius per nostre maiestatis sententiam condemnatus[a] appareat. Et nos[b] attẽdẽtes ꝙ acta praua malorũ potius[c] q̃ verba sententiarum ipsos faciunt pena condignos:⁊ eoipõ ꝙ quis peccat correctionem meretur[d].et quãto plꝰ differẗ punitio/tãto ampliꝰ culpa crescit[e]:et gẽtibꝰ ꝑniciosius in exẽplũ transit[f]:tenore[g] pñtiuʒ

a Condemnatus.hic nullum fuit dubium.nã per sententiam transit in notorium iuris quod pro veritate habetur.vt.l.res iudicata.ff.de re iudi.idem si imperator aliq̄bus indiceret bellum.vt.l.hostes.ff.de cap.et de ca.di.l.amissione.§.qui deficiunt.

b Nos.hec est secunda pars huius secunde constitutionis.

c Potius.electiue accipe: quia solum propter actũ efficitur quis pena dignus : per sententiam nullo modo sed actus declaratur.vt.l.j.C.ad turpi.facit pro mar.in eo qđ nota.ff.de infa.l.furti.et.ff.eo.l.athletas.§.fi.nam ex eo ꝙ condemnatus est habetur pro veritate quia ita fit.nec potest dici decetero sic non esse.vt ibi not.

d Meretur.non dicit obligatur.nam iste pene que vindictam publicam imponunt non iure obligationis sed officio iudicis iponuntur.vt insti.de iniur.§.pe.item nõ per actionẽ sʒ ꝑ accusationẽ iponiẗ.vt insti.de pub.iudi.in pñ.

e Crescit.sic extra de consuetudine.c.cũ tanto.sed contra.ff.de pe.l.si diutino.So.intrinsecus culpa crescit ⁊ maiorem penam quo ad deum meretur.vt.d.c.cum tãto.sed in foro ciuili siquidem actus extrinsecus delicti habʒ causam continuã:vt esse in rebellione/et semper crescit culpa vt hic.sic in fugitiuo et desertore.vt no.in.l.contraria.licʒ autem culpa crescat in casu huius.l.nõ potest crescere pena temporalis : quia primo actu debetur ita magna ꝙ nulla maior esse potest.vt.j. dicetur.facit quod nota. ff.de fur.l.vulgaris.in prin.⁊ ibi dixi.si vero actus extrinsecus criminis reiterationem non recipit vt homicidium:tunc ex diuturnitate tẽporis pena minoraẗ.vt.d.l.si diutino.

f Transit.sic maleficia fieri malum est propter exemplum aliorũ: vt.h.⁊.ff.de sicca.l.iij.§.sed et senatusconsultum.⁊ de pe.l.si quis aliquid .§.q̄ abortionis aut ⁊c. cum suis concor. Item penas inferri bonum est propter exemplum vt vnius pena sit exẽplum seu metus multorũ.vt.ff.de pe.l.aut facta.§.fi.⁊.C. ad.l.iul.repe.l.j.et de preci.impe.of.l.j.et licet iste rõnes cõcludant in oi delicto:tamen ista lex non est extendenda nisi ad istud crimen rebellionis.non enim corriguntur leges antique que requirunt sententiam ex idẽtitate rõnis nisi quatenus in illa noua exprimitur.vt.C.de ap.l.precipimus.in fi.facit quod no.C.de sacrosanc.eccle. auẗ.quas actiones.et quod no.ff.de dona.cau.mor.l.tam is.§.j.

